


Nazionale
Firenze



GANIVETI
AMICUS
MEDICORUM
ETC.
LUGDUNI
1496
INCUNABULI
A
6
38
Biblioteca Nazionale
Centrale - Firenze











Amicus medicorū magi

strí Joannis Ganiueti: cum opuſculo qđ Celi enarrant propter principium eius inſcribitur: ꝛ cum abbreuiatione Abrahe auenezre de luminarib⁹ ꝛ diebus creticis.



XX
GANIVETI
Lug 1496

Gondisaluus Toledo artiū ⁊ medicine ꝓfessor: dn̄o Hieronymo ferrera cohyspano suo: egregio sane artium medicineq; doctori ⁊ regio phisico prestantissimo: atq; amico in primis honorando: salutem dicit.

Cum diu diutiusq; tua viroꝝ prestātissime in me collata beneficia ip̄e mecū hisce dieb⁹ volutarē: herebā ꝑfecto: q̄d tua arte tuaq; prudētia amplissima quidē dignū afferre possem: cū te hac nostra tēpestate preter ceteros nō modo nationis nostre hyspane: sed vel orbis toti⁹: oīm bonarū artiū gloria pollere clarescat: vsqueadeo vt vel pares habeas q̄ paucissimos. Quocirca cū ꝓlixius memori ⁊ nō ingrato aīo istic hererē: tandē nō ingratū fore putabā: si hoc op⁹ nouitiū in diuinis illis: theologie: astrologie: ⁊ medicine facultatib⁹: magistri Joānis Ganiueti ordinis diui francisci sacre theologie ꝓfessoris e cōuentu fratrū minoꝝ vienneñ. edituꝫ: cui amico medicoꝝ nō ab re nomē indidit: impressum tersius tuo nomini dicare curarē: presertim cū eiusmodi reb⁹ te nō mediocriter delectari sciam: nō q quicq̄ ex hoc te addiscere posse arbitrater: verum q: suā quisq; artē beniuolo semꝑ oculo cōspectet. Sed ne quisq̄ imperitior cui hec nostre debitionis testimonia legere cōtinget: fortassis addubitet cur amic⁹ medicoruꝫ presens opus inscribat̄: norit hic q̄ plurima ad astrologie principia capessenda ꝯtineri. Nec ignoret quantū astrologia medicine cōferat cū sit iudicioꝝ ei⁹ directiua: vt plenissime deduxit consiliator: ⁊ est sententia ypocratis in libro suo de aere ⁊ aqua ⁊ regionib⁹: vbi si quidē recte memini sic ait. Qui recta tenēt ⁊ credūt: norint astronomiā non minimā partē esse medicine. Quā rem vel clarius expressit Galien⁹ in eo quē de spermate cōscripsit libro sic dicēs. Scire debet medic⁹ planetā ⁊ signū in quo est cū egrotare q̄s cepit: tēp⁹ ip̄m diem atq; horā similit̄. Et subdit. Opus nostrū est cognoscere oēm phisicā operationē superioꝝ corpoꝝ ⁊ inferioꝝ: ⁊ generationē ⁊ operationē eoꝝ: ⁊ colligantiā ⁊ operationē ip̄oꝝ ꝑ numerū planetarū: q̇bus precognitis notet̄ in quib⁹ infirmitatib⁹ quisq; laborat: ⁊ quib⁹ pharmacijs deceat curari fm̄ corporis sui naturā. hec Galien⁹ ypocratis auctoritate: ad que longe plura peritissimoꝝ virorum testimonia adducere possem: si rem persuasu difficilē tractarem. Quantū vero presens opusculū volentib⁹ ⁊ astrologie ⁊ medicine p̄ncipia capere cōducat: neminē nisi nō lecturuꝫ latere poterit: vt tamē quā sibi quisq; partē desiderabit: facile offendat: ad finē operis repertoriolū capituloꝝ adiectū est. Ceterū viroꝝ amicissime ne aures tuas fortassis obtundā: hec missa facio. Unū illud summopere exoratū velim vt placato suꝑcilio exiguū hoc munusculū a me suscipere nō asperneris: longe etenim plura debere fateor: neq; immemorem argueris vbi maior referendi beneficij affuerit facultas. Uerūtamē ne preter morē mun⁹ ip̄e meū vili faciā: spero equidē fore vt ꝑ istec tantilla amicitie nostre monumēta oēs mortales ad q̄s presens opus afferet̄: noscent quanti te galliarū p̄cipue Lugduneñ. proceres faciūt: apud quos in summo precio amplissimaq; charitate semꝑ habit⁹ es. Qđ vt rectius fiat operā adhibui: vt iam sepe memoratū opusculū a mag̃ro Joāne Trechsel alemāno: apud oēs impressorie artis (quos quidem norim) ꝑitissimo ⁊ diligentissimo terse ⁊ castigate imprimat̄: qđ certo scio ip̄m lubentissimo animo facturū: cū exploratissimum habeā dignitatē nominis tui apud ip̄m plurimū posse: vtpote quā plurima dilectione nō immerito ꝓsequit̄. Hec sunt igit̄ que in nostri amoris perpetuū pignus ad te vir excellentissime data volui: que si accepta intellexero: nihil iocundius vnq̄ cōtigerit. Uale medicinarū medicorūq; columen. Ex sancta ciuitate Vienneñ. pridie calendas octobrias. Anno salutis nostre. 1496.

¶ In hunc librū qui amicus medicoꝝ inscriptus ac editꝰ est a magr̄o Johāne Ganiuēto ordinis minoꝝ in conuētu viēneñ. eiusdē auctoris p̄fatio: in qua vtilitatē ⁊ diuisionē operis sui declarat: feliciter incipit.

In nomīe domini amen. Incipit quidam breuis tractatꝰ ad dirigēduꝫ phisicos in practica medicine quo ad influētiā celi tam tempore epidimie q̄ aliis tēporibꝰ anni vt sciant ipi phisici horas ⁊ tēpora in quibꝰ debēt dare medicinas: vel applicare corporibꝰ humanis: vt influētia iuuet opa medicine. q: sepe dāᵗ medicine laxatiue sub influētia celi ad oppositū renitenti: ⁊ quādoq; ꝑ oppositū ꝓpinantur medicine ad restringendum influētia celi laxante ⁊ cōcurrente radice supcelesti ad oppositū radicis ⁊ desiderii radicis inferioris ¶ Secūdo cōpositus est p̄sens tractatꝰ vt possint ipi phisici astrologi ꝓnosticare ꝓ egro mortē vel sanitatē possibilē per influentiā celi dominantē qua noticia habita ꝑ viā presentis operis cū dei auxilio poterint securius ⁊ citius subuenire infirmis ad sanitatē obtinendam ⁊ satis copiose ⁊ succincte ꝑ dei grāʒ ad ꝓpositū poniᵗ hic in p̄senti tractatu q̄ distinguitur in quattuor partes q̄ vocanᵗ differentie. ¶ Et p̄ma differētia in generali de numero celestiū orbiū ⁊ de motoribꝰ eoꝝ s̄m doctrinam philosophoꝝ antiquoꝝ: ⁊ s̄m veritatem theologoꝝ opiniones friuolas p̄hoꝝ corrigētium. ¶ Secūda differētia est de distinctione zodiaci celi stellati ⁊ suarū partiū ⁊ de eiꝰ correspōdentia ad zodiacū none sphere q̄ primū mobile diciᵗ. ¶ Tertia differētia est de inquisitione a qua radice ꝓueniāt epidimia ⁊ mors in hominibꝰ ⁊ plus vno tp̄e q̄ alio ⁊ de modo cognoscēdi ⁊ ꝓnosticandi cursu nature ⁊ influentia celi mortē vel vitā egro. ¶ Quarta differētia est de modis cōseruandi sanitatē ⁊ obuiandi periculis egritudinuꝫ ⁊ de ingenio expellēdi morbos de corporibꝰ humanis q̄tū erit possibile artifici seu ministro nature ⁊ de modo medēdi ⁊ cōficiendi medicinas ⁊ fortificandi eas ꝑ influentiā celi ⁊ p̄cipue per inuocationē nominis dei supra totā influentiam celi. Et quelibet istarū quattuor differentiarū continet septem capitula in quibus capitulis elucidantur principia suarum differentiarū.

Argumentū p̄me differētie ⁊ eiꝰ p̄mi cap.

¶ Prima igiᵗ differentia est de numero celestium orbiū ⁊ de motoribꝰ eoꝝ s̄m doctrinam p̄hoꝝ antiquoꝝ: ⁊ s̄m veritatē theologoꝝ opiniones friuolas p̄hoꝝ corrigentium.

¶ Primū aūt capitulū istiꝰ p̄me differētie est de numero ⁊ ordine celoꝝ in generali: ad quē numerū peruenerūt p̄hi: ⁊ vltra ⁊ supra theologi reuelatione ⁊ doctrina dei.

Circa primū itaq; huius p̄me differētie capitulū: sciendū est q̄ p̄hi posuerūt .ix. celos in generali ⁊ q̄ttuor elemēta. Incipiendo igiᵗ a parte inferiori versus nos dixerunt terrā esse ⁊ dixerunt eam esse sphericā ⁊ rotundā: cuiꝰ rotunditatē ꝓbauerᵗ rationibꝰ geometricis ꝑ aspectū ad celū ⁊ ad lineā equinoctialē celi ⁊ hoc maxime in partibꝰ indie in quadā ciuitate q̄ vocaᵗ arim que distat ab oriente 90 gradibꝰ a gadibꝰ alexandri. ⁊ 90. gradibꝰ a gadibꝰ herculis ab occidente. ⁊ 90 a polo artico ⁊ 90 a polo antartico. ita q̄ ciuitas illa rōne geometrica ꝓbatur esse in medio terre distans equaliᵗ a quattuor angulis eq̄libus celi: ⁊ habitatores illius loci veniēdo versus septētrionē per dietā perpendūt polū articū eleuari suꝑ orizontē eoꝝ ⁊ q̄tū eleuaᵗ eis veniēdo v̄sus septētrionē: tantū antarticꝰ eis deprimiᵗ. Nā si plana esset terra ⁊ nō rotūda equaliᵗ viderenᵗ stelle ab habitantibꝰ supra terrā in quacūq; regione essent. hoc idē patet per eclipses solis ⁊ lune que vna hora fiūt orientalibus: alia vero hora fiunt ipsis habitātibus in occidente: ⁊ aliquādo est differētia trium horarum equaliū. ex quibꝰ rationibꝰ concludiᵗ rotunditas terre supra quā habitāt homines beneficio dei ⁊ animalia ad seruitium hominū. ¶ Notandū de gadibꝰ alexandri ⁊ herculis supratactis: q̄ gades idē sūt q̄d termini quos terminos seu gades alexander tēporibus q̄bus debellauit orientem posuit in fine terre habitabilis versus oriētē iuxta mare videlꝫ orientale sub linea ecliptica de consilio peritoꝝ in arte astrologie: ⁊ fecit idē hic fieri in littore illius maris turrim altam que ē signum memorie perpetue ⁊ in signuꝫ distantie a medio terre. Pari forma hercules bellās

in hyſpania poſtꝗ̃ deuicit reges illarũ partiũ
videlicet finiũ hyſpanie ⁊ fuit dñs hyſpanie
fecit fieri de cõſilio peritoꝝ in aſtris iuxta ma
re ⁊ hoc ſub linea ecliptica turrim quandã al
tam quã appellauit gades a parte videlꝫ occi
dentis: ita ꝙ nõ erat vltra locus terre habita
bilis ⁊ manet illa turris vſꝫ ad hodiernũ diẽ
vocata ab incolis illius terre vulgariter le ca-
ſtel pharaont vel turris herculis. ¶ Et eſt ſci
endum ꝙ illic mare elongauit ſe ab illa turri
per dimidiã leucã dimittendo turrim cum tur
ris fuerit ꝑmo in littore ⁊ ꝗ̃tum mare elonga
uit ſe ab illa turri de tanto trãſiuit verſus par
tem orientis: ita ꝙ gades alexandri penitus
ſunt cooperte in mari: ⁊ iſta habent̃ ex lectu-
ra theorice planetarũ. ita ſuo modo creſcit ali
quãdo mare ſeptẽtrionale dimittendo de tan
to partẽ meridionalẽ ſibi oppoſitam. ¶ Poſt
terram dixerunt eſſe aquã etiam ꝓtendentẽ
figurã ſphericã ⁊ rotundã: cuiꝯ rotunditatem
ꝓbauerũt pariformit̃ per aſpectuꝫ ad celum.
quotidiana nempe eſt nautarũ experientia ꝙ
quãto plus alicui poloꝝ vicinant̃: tanto magꝭ
ipe eiſdẽ eleuat̃. ⁊ quanto magis elongãtur:
tanto plus deprimit̃. Eſt tamẽ non perfecte
ſpherica ſed figure ſemicircularis. miraculo-
ſe nãqꝫ in vna parte eleuatur propter vitam
animantiũ habẽdã vel tuẽdã. ¶ Supra quã
poſuerunt aerem ⁊ ignem etiã rotundarũ fi-
gurarũ. que elementa quattuor rotunda ſunt
ꝓpter celorum rotunditatẽ ne vacuũ qđ na-
tura abhorret poneretur: ⁊ ineſt rotunditas
ipſis celis ⁊ omibus elementis principaliter
ad repreſentandũ perfectionẽ ⁊ ſimplicitatẽ
creatoris. Eſt enĩ figura rotũda omniũ figu-
rarũ ꝑfectiſſima capaciſſima ⁊ ſimpliciſſima.
¶ Viſa materia de cõſideratione rotũditatis
terre ⁊ alioꝝ elementoꝝ videndũ eſt de natu-
ris quattuor elementoꝝ. Terra in ordine infe
riori habꝫ ſiccitatẽ dominantẽ ⁊ frigiditatem
cõcomitantẽ. Aqua hꝫ frigiditatẽ dominãtẽ
⁊ humiditatẽ cõcomitantẽ. Aer habꝫ humidi
tatẽ dominantẽ ⁊ caliditatem concomitantẽ.
Ignis habꝫ caliditatẽ dominantẽ ⁊ ſiccitatẽ
cõcomitantẽ. Ex quo ptꝫ ꝙ vnũquodqꝫ q̃ttu
or elemẽtoꝝ ſibi ꝓpinquo aſſimilat̃ in vna q̃li
tate ⁊ in alia ꝯtrariat̃ eidẽ. primũ ⁊ vltimum
terra ⁊ ignis ꝑ vnũ mediũ copulant̃ videlꝫ ꝑ
ſiccitatẽ ⁊ ꝑ duo ꝯtrariant̃ ſcꝫ ꝑ frigiditatẽ et
caliditatẽ. ¶ Et eſt aduertendũ ꝓ elucidatõe
iſtius tractatꝯ ꝙ maior pars eius ⁊ ꝑncipalis
fundabit̃ in his ꝓprietatibꝯ quattuor elemẽ-
toꝝ reducẽdo ⁊ cõparãdo naturas ⁊ influẽti-
as .7. planetarũ ad ꝓꝑetates q̃ttuor elemẽto-
rũ ⁊ ꝯſequent̃ tractãdo de naturis ⁊ ꝓꝑetati
bus ſtellarũ cõparãdo ⁊ aſſimilãdo earũ ꝓꝑe
tates ⁊ influẽtias ꝓꝑetatibꝯ ⁊ influẽtijs .7. pla
netarũ ⁊ ꝓꝑetatibꝯ ſimplicibꝯ vel q̃nqꝫ gemi
natis q̃ttuor elemẽtoꝝ. ¶ De nũero celoꝝ ſci
endũ eſt in gñali ꝙ phi poſuerũt nouẽ celos
⁊ ordo talis ẽ. Prio incipiẽdo a parte inferio-
ri v̾ſus nos poſuerũt celũ lune diſtinctum ab
alijs celis ⁊ hoc q2 viderũt motũ lune velocio
rem: ⁊ ſubſequent̃ poſuer̃t celũ mercurij ꝓpt̃
rõnes geometricas q̃s experti fuerũt cõpoſi-
tores tabularũ: deinde celũ veneris: ſubſeq̃nt̃
celũ ſolis mediũ int̃ celos .7. planetarũ tanꝗ̃
palatiũ principis exiſtenꝭ maioris v̾tutis ſibi
collate a deo inter ceteros planetas. In ſole
nãqꝫ poſuit tabernaculũ ſuum ⁊ ipe ſol tanꝗ̃
ſpõſꝯ ꝓcedẽs đ thalamo ſuo. Exultauit vt gy
gas ad currendã viã ſuã ab oriẽte in occidẽtẽ
ex declaratõe textuali Nicolai de lyra ſuꝑ pſ̃.
Celi enarrãt gl̃iam dei ⁊ opa manuũ eiꝯ annũ
ciat firmamentũ: hoc eſt celũ ſtellatũ. Subſe
quenter aſcendẽdo ponũt celũ martis habẽꝭ
aliũ motũ tardiorẽ ſole. ſubſeq̃nter ponũt ce-
lũ iouis habẽꝭ motũ tardiorẽ marte ⁊ hoc in
12. annis cõplendo reuolutionẽ ſuã ſub zodia
co. poſtqꝫ ponũt celum ſaturni ſeptimi ⁊ vlti
mi planetarũ habẽtis motũ tardiorẽ ioue q2
altior ẽ ⁊ cõplet ſub zodiaco curſũ ſuũ in. 30.
annis ſolaribꝯ. poſtqꝫ aſcendẽdo ponũt celũ
ſtellatũ qđ ẽ octaua ſphera exiſtẽs magni or
natꝯ ⁊ mirabilis influẽtie q̃s hꝫ ab ipo artifi-
ce q̇ eã creauit. ⁊ mouet̃ in. 100. annis gradu
vno ꝯtra motum ꝑmi mobilis: ⁊ in iſto funda
mẽto ille magnꝯ phs plato poſuit annũ ſuuꝫ
reuolutõnis rerũ oĩm in triginta ſex milibꝯ an
noꝝ in q̊ tꝑe ⁊ nõ in minori celũ ſtellatũ com-
plet reuolutõnẽ ſuã. Supra iſtos octo celos
poſuer̃t phi nonũ celũ ꝑmũ mobile q2 vider̃t
ꝙ octauũ celũ mouebat̃ duobus motibꝯ vno
motu ab oriẽte in occidẽtẽ in die naturali ⁊ in
100. annis gradu vno: ecõuerſo ab occidẽte i
orientẽ. Perpẽder̃t igit̃ diſcurſu naturali ⁊ ra
tione ꝙ idem corpꝯ nõ poſſet moueri ꝯtrarijs
motibꝯ. iudicauer̃t itaqꝫ ꝙ vnꝯ erat ei natura-
lis ⁊ alter motꝯ ab aliq̊ alio agẽte ſuperiori: ⁊ ſic
poſuer̃t nonũ celũ ꝗ eſt ꝑmũ mobile qđ mo-

uet orbes septē planetarū ⁊ celū stellatū motu diurno ab oriēte in occidētē: ſ q2 illi orbes ⁊ celi aliqd acqrunt ꝓcessu tpis de motu contrario ab occidēte in oriētē iudicauerūt rōne naturali supra nonā spherā ⁊ septē orbes planetarū esse aliū motorē mobilem a quo fieret isti motus ⁊ istum motorē dixerunt primū mobile hoc ē nonū celū. Ad ista puenerūt pħi ratione naturali ⁊ multi scti antiq patres vt adā ⁊ primogeniti iusti descēdēdo p gnatōes de qrū nūero fuit noe ⁊ abrahā. hij nāq multa habuerunt de istis p reuelationē diuinā ⁊ ista sunt q̄ ad dicta pħoꝝ ⁊ q̄ ad rōnē naturalē ⁊ si q̄ habuerūt antiq p reuelationē diuinā tanto forti⁹ ea sūt tradita ꝓ doctrina. Supra istos theologi ponūt decimū celū mediū int̄ nonū celuz ⁊ celū empireū: ⁊ istō celū mouet̄ motu simplicissimo ſm theologos: ⁊ aliq dicūt istud celū esse celū cristallinū a materia multū lucida: ⁊ quodāmodo vocat̄ celū aqueū. Iuxta illō ps Bñdicite aque oēs q̄ sup celos sūt dño: nō ꝙ sit ibi aq̄ nec materia cristalli ſ q̄daz materia subtilis ⁊ multū nobilis in cōparatōne vitri. iuxta istā cōsiderationē quāto aliqō celū ē altius tanto aliq̄ ꝯditōe ē nobili⁹. Supra istud celū est celū empireū qō ē vndecimū ⁊ est qetum ⁊ nō mouet̄ aliq̄ via ⁊ ē capacissimū: q2 cōtinet oēs alios celos infra se: ⁊ est loc⁹ sanctoꝝ angeloꝝ ⁊ sctōꝝ ⁊ sctārū ⁊ oim saluādorū. ⁊ iste ē ordo celoꝝ vndecim: videlz celestiū orbiū ⁊ q̄ttuor regionū elemētariū. Prio em̄ est terra ⁊ alia elemēta tria ⁊ septē celi planetarū ⁊ celū stellatū ⁊ duo celi int̄ celū stellatū ⁊ celū empireū: ⁊ sic in nūero sūt q̄ttuor regiones elemētares ⁊ vndeci orbes celestes: ⁊ sic in nūero sunt q̄ndeci: ita ꝙ a cētro mūdi vsq ad thronū veri salomonis q̄ndecim gradib⁹ ascēdit̄ ad habēdū futurā gl̄iaz. Supra istos orbes oēs posuerūt aliq̄ theologi celū beatissime trinitat̄ verū hic nō fit mentio nisi de celis materialib⁹ nec dicit̄ oppositū nec ꝓpositū: ſ adducit̄ ad ꝓpositū q̄dāmodo quoddaz dictū pħoꝝ athenieñ. quoꝝ quodā tpe viginti q̄ttuor solēnes erāt reqsiti a pncipe athenieñ vt q̄libz diceret opinionē suā d deo q̄d eēt de⁹ pncipalioꝝ ipoꝝ q̄siuit inducias septē dieruz post q̄s diceret q̄d ei videret̄ quos pnceps ei cōcessit ⁊ alijs pħis vigintitrib⁹ pari forma ⁊ q̄libz alioꝝ vigintitriū pħoꝝ posuit in sc̄ptis ꝓpriā opinionē promptus post septē dies ad declarandū eam ꝓtestādo ꝙ pncipalis pħoꝝ pmo diceret opinionē suā ꝓpriā. trāsactis septē dieb⁹ cōuenerūt oēs ad pncipē ⁊ alij fuerunt parati pret̄ primū q̄ ꝓ opinione sua declarāda adhuc petijt inducias q̄ndeci dieruz q̄bus dilapsis cōparuit corā pncipe iterū petens vni⁹ mēsis spaciū q̄ dilapso tps inducia rū duplicari petijt: ⁊ sic duplicādo ꝓcessit ꝑ inducias petēdo vsq ad spaciū sex mēsiuz ⁊ tandē attēdiati tam pnceps ꝙ alij pħi cōpulerūt ipm vbis ad dicēdū opinionē suā: ⁊ tūc dixit istā ꝓpositionē. Deus ē sphera intelligibilis cui⁹ centrū vbiq ē circūferētia vo nusq̄ Aliq̄ alioꝝ pħoꝝ dixert sūmū bonū: sūmū verū: pmā causam a q̄ depēdēt oia: ⁊ multas alias pfectōes mirabiles de deo: ſ q̄s est mortalis q̄ possit de deo ꝓpe loq̄ nec de celo in q̄ habitat q2 habitat in oib⁹ celis ⁊ in oib⁹ elemeñ ⁊ vbiq est p p̄sentiā essentiā ⁊ potētiā i inferno ⁊ in cūctis elemētis ⁊ in celis materialib⁹ ⁊ extra celū p spaciū infinitū ⁊ intellect⁹ human⁹ neq̄q appħēdere pōt: nec angel⁹ valet sufficient intelligere q2 esse suū ē infinitū eē ⁊ essentia ei⁹ idē sūt in eodē. nostrū intelligere in corpe hūano valde ē obnubilatū: etiam aie separate a corpe intellectio est finita ⁊ cuiuscūq angeli: ita ꝙ intellect⁹ creat⁹ nō pōt attingere ad tantā intellectōnē: ⁊ sufficit nob iudicio meo hic laudare opinionē illius pħi de⁹ est sphera intelligibilis p quādā similitudinē q2 sphera dr̄ pfecta rotunda cui⁹ sphere centrū est vbiq circūferētia vero nusq̄.

Argumentū secūdi cap. prime differētie

¶ Secūdū capitulū est de nūero ⁊ ordine orbiū pticulariū planetarū ⁊ epicloꝝ ⁊ cunctoꝝ celoꝝ nob influentiū ſm doctrinā astrologoꝝ

Circa secunduz hui⁹ dr̄ie caplm sciēdū ē ꝙ nūer⁹ ⁊ ordo orbiū pticulariū ſm doctrinā astrologoꝝ talis ē. Incipiēdo v̄sus nos ē totale celū lune ꝯtiguū orbi ignis a pte inferiori in suo cōcauo ꝯtinēs infra se ⁊ sub se q̄ttuor elemēta infra concauū sui orbis ⁊ a pte supiori in suo cōuexo ꝯtiguat̄ orbi mercurij ⁊ in eodē celo totali lune sūt q̄ttuor orbes particulares habētes distinctos mot⁹ quoꝝ motuū vni⁹ nō assimilat̄ alteri: ⁊ de istis orbibus pm⁹ vocat̄ orbis totalis lune ꝯtinēs intrā se alios tres orbes: vt puta equantē deferentē

3

⁊ epiciclū .ꝑmꝰ igitꝛ orbis lune est orbis q̄ dr̄
totalis.secūdꝰ dr̄ equans.tertiꝰ deferēs. q̄rtꝰ
epiciclꝰ portās corpus lune.
¶ Mercuriꝰ plures habꝫ orbes q̄ꝫ alij plane
te ⁊ motꝰ varios ideo esset expediēs ad intel
lectionē huiꝰ declaratōis depingere in isto ca
pitulo orbes mercurij sicut docetꝛ in theorica
planetarū:ꝫ qꝛ hic nō ponūtꝛ ponentꝛ in fine li
bri p̄sentꝭ. Et in sūma mercuriꝰ habꝫ sex orbes
distinctos ⁊ motꝰ varios correspōdētes istis
orbibꝰ. ⁊ ꝑmo habꝫ celū totale vt alij ⁊ q̄ttuor
orbes secluso epiciclo ⁊ epiciclū suū in q̄ de
fertꝛ corpꝰ planete ⁊ mouetꝛ. Residuū specu
lationis huiꝰ materie remittitꝛ theorice plane
tarū: ⁊ in sūma celū mercurij habꝫ sex orbes
⁊ celum lune quattuor: ⁊ sic in summa sunt
decem.
¶ Venus habꝫ q̄ttuor orbes: celū totale ⁊ or
bem equantē: orbē deferentē ⁊ epiciclū: ⁊ sic
venꝰ habꝫ q̄ttuor orbes adiunctis inferioribꝰ
in numero isti tres celi habent quattuorde
cim orbes
¶ Sol p̄nceps planetarū creatꝰ in medio se
ptem planetarū tanq̄ꝫ cor in medio corpis hu
mani ē ordinatꝰ in suis orbibus sine epiciclo.
habꝫ ꝑmo celū suū totale. secūdo suū orbem
equantē. tertio orbē deferentē: ⁊ sic in sūma
hꝫ tres orbes ꝑticulares numeratꝭ his orbibꝰ
cum quattuordecim p̄cedentibꝰ erūt decem ⁊
septem orbes particulares.
¶ Mars iuppiter ⁊ saturnꝰ q̇libꝫ istoꝝ habꝫ
celū suū totale ⁊ orbē equātē ⁊ deferētē ⁊ su
um epiciclū ⁊ sic quodlibet illoꝝ celoꝝ habet
quattuor orbes quasi particulares qui simul
iuncti faciunt duodecim: ⁊ iuncti simul cum
p̄cedētibꝰ faciūt vigintinouē q̄ sūt orbes par
ticulares septē planetarū. ¶ Seq̇tꝛ subseq̄ntꝛ
de celo stellato qđ est octauū celū qđ dr̄ firma
mentū qꝛ stelle sūt firmate ⁊ fixe in eodē celo
totū illud celū ē vnicū ⁊ vnicꝰ orbis licꝫ habe
at duplicē motū. vnū ab oriente q̄ ꝫm astrolo
gos vocatꝛ violētꝰ quo motu fertꝛ quolibꝫ die
ab oriente in occidētē ⁊ ab occidēte in orientē
cōplens reuolutionē totalē licꝫ in centū ānis
moueatꝛ motu naturali ab occidēte in orientē
gradu vno ⁊ ille motꝰ diurnꝰ celi stellati quo
mouetꝛ ex impulsu ⁊ tactu ꝑmi mobilis dr̄ vio
lentꝰ q̄ꝫ q̄ꝫ vterq̄ꝫ motꝰ celi stellati alio modo
posset dici naturalis qꝛ obedit suo supiori .i.
ꝑmo mobili ⁊ p̄cipue iste motꝰ ab oriēte in oc
cidentē celi stellati diurnꝰ posset dici natura
lis qꝛ obedit imperio dei qui ordinauit istum
motū diurnū fieri ꝑ aliū motū supiorē videlꝫ
per motū primi mobilis. cōnumerato itaq̄ꝫ or
be octauo p̄dicto erūt orbes triginta: licꝫ em̄
duplicē ipm firmamentū habeat motuꝫ vt ex
supradictis claruit q̄ꝫuis etiā multiformibus
imaginibꝰ ornatū sit celestibꝰ muneribꝰ: est tn̄
vnicꝰ orbis totalis q̄bꝰ si cōnumeretꝛ ꝑmū mo
bile qđ raptu quodā secū trahit trigita orbes
p̄dictos in vigintiq̄ttuor horis ⁊ erunt in vni
uerso orbes trigita vnꝰ ad quoꝝ noticiā astro
logi ⁊ ph̄i ꝑuenerūt. ¶ Circa qđ est sciendū
q̄ꝫ oēs isti celi ⁊ orbes influūt nobis in istis in
ferioribꝰ ꝑ motū ⁊ radiū: ꝑ motū calorē ꝑ radi
um virtutē. Et est notandū q̄ꝫ licꝫ celi non ha
beant radios apparētes vt sol vel vt corpꝰ al
teriꝰ planete vel stelle lucide: attn̄ habent ra
dios v̄tuales cū sint corpa clara ⁊ dyaphana
qui radij mittuntꝛ ad aerē ⁊ influunt ꝫm magꝭ
⁊ minꝰ: vt diceretꝛ de aliq̄ lapide p̄cioso qui ex
tactu haberet v̄tutē supra curā oculoꝝ vel su
per aliquē aliū morbū vel aliquā ꝓꝑetatē lau
dabilē: lapis ille esset appreciādꝰ ⁊ diligēdus
ꝓ vtilitate: ita in p̄senti materia dr̄ de corpori
bus habētibꝰ v̄tutē qua mediāte operantꝛ in
nobis v̄tute eis data a deo: dicitꝛ rōnabiliter
q̄ꝫ honorabilꝰ est creatori qui celos creauit q̄ꝫ
dederit eis v̄tutē ⁊ influētiā q̄ꝫ q̄ꝫ nullā habe
rent influentiā seu v̄tutē: ⁊ in hoc magꝭ osten
ditur sapiētia ⁊ potentia creatoris creando ⁊
manutenēdo res alicuiꝰ v̄tutis q̄ꝫ si essent ina
nes ⁊ supflue ⁊ nulliꝰ v̄tutis vel cōparatōis:
oia creata cognita debēt reduci ꝑ sapiētes in
laudē creatoris: ⁊ iste debꝫ eē finis ꝓpriꝰ acq̄
sitionis oim artiū ⁊ doctrinarū licitarū redu
cere videlꝫ in laudē creatoris: ⁊ ista fuit ima
ginatio Auicē. de cognitōe orbiū celestiū q̄ꝫ ꝑ
hanc cognitionē eleuatꝛ aīa ad cognitionē ⁊
dilectionē dei ⁊ ad vitam rectam.

Argumentū tertij cap̄. prime differētie.

¶ Tertiū cap̄. prime differētie ē de numero
⁊ ordine intelligētiarū orbes celestes regen
tiū ⁊ mouētiū ꝫm dicta ⁊ scripta ⁊ opiniones
philosophoꝝ antiquoꝝ.

Circa tertiū ca
pitulū videndū est de nūero ⁊ mo
do intelligendi ph̄oꝝ ⁊ de modo
loq̄ndi ph̄oꝝ de intelligētijs mouētibꝰ orbes

celestes qđ caplin magis ponit̃ hic improbā
do ꝙ̄ approbādo: qꝛ ſꝫm rei v̇itatē ⁊ doctrinaꝫ
theologoꝝ in multis hic errauerūt a veritate
⁊ poſuerāt numerū intelligētiarū ſeparatarū
ſꝫm nūerū orbiū ⁊ poſuerūt eas eternas ⁊ ne⸗
ceſſario mouere celū ⁊ perviam ꝑ quā mouet̃
ordine cōi: ⁊ fuit iſta opi. Auicē. inter ceteros
tractātis ꝓlixi⁹ materiā intelligētiarū. cōſide
rauit nāqꝫ ipe ṗmā cauſaꝫ q̄ eſt ſupra oēs in⸗
telligētias ⁊ a qua oēs intelligētie depēdent
ſimpliciſſimā eſſe ⁊ nō poſſe vt ſic ꝓducere ꝑ
ſe rōe ei⁹ ṗme oꝑatōis niſi vnicā itelligētiā. ꝑ
illud principiū Idē inq̄tū idē nō ē natū face
re niſi idē. ⁊ qꝛ ṗma cauſa ē ſimpliciſſima pōt
ꝓducere vnicā itelligētiā in rōe ṗme oꝑatōis
q̄ imediate depēdet ab ea: ⁊ iſtā intelligētiaꝫ
vocauerūt ṗhi intelligentiā ṗmi mobilis. Et
qꝛ ē immediata illa intelligētia ipi ṗme cauſe
mouet magno impetu ⁊ fortitudine corp⁹ ſui
mobilis ſeu celi ⁊ oīa corꝑa celeſtia inferiora.
Intelligētia v̇o ṗmi mobilis qꝛ ē prima intel⸗
ligētia depēdēs a ṗma cauſa maioris v̇tutis
eſt ꝙ̄ quecunqꝫ intelligētia ſequēs: ⁊ qꝛ ē cau
ſata a ṗma cauſa ⁊ eſt annexa ſuo celo ad mo
tū ei⁹ cōtinuādū ꝓducit ꝑ actū ſui intellect⁹ ⁊
ſue intelligentie ⁊ ꝑ receptionē fortitudinis
quā hꝫ a ṗma cauſa ꝓducit intelligētiā ſecun
dam imediate ſub ſe q̄ dr̄ intelligētia celi ſtel
lati. Et iſta ṗma intelligētia cū ſecūda intelli⸗
gētia ꝓducit corp⁹ celi ſtellati: ⁊ ſecūda intelli
gētia mouet illud celū motu ſuo ordinario ⁊ ꝑ
iſtā viam tractauerūt ṗhi iſtū nūerū intellige
tiarū ſeparatarū ꝙ̄ plurima abſurda ⁊ v̇itati
theologice repugnantia aſſerentes ꝓcedēdo
ab iſtis ſuꝑioribꝰ intelligentijs vſqꝫ ad intelli
gentiā inferiorē videlꝫ lune quā vocauerunt
datricē formarū in iſtis inferioribꝰ: ⁊ aſcripſe
runt iſtis intelligētijs ꝑtātem magnā ⁊ ſciēti⸗
am ⁊ v̇tutes alias ⁊ ſuperioribꝰ intelligētijs
maiores v̇tutes ⁊ vniuerſales. Et ꝙ ſuꝑiores
intelligētie ſunt cauſe inferioꝝ intelligētiarū
⁊ q̄libꝫ itelligētia ē cauſa ſui celi vel ſui orbis
particularis. iuxta qđ videt̃ ſentire auctor de
cauſis ꝓpoſitōe octaua ſic inquiēs. Oīs intel
ligētia ſcit qđ ē ſupra ſe ⁊ qđ ē ſub ſe: verūtn̄
ſcit qđ eſt ſub ſe qꝛ ē cauſa ei⁹: ⁊ ſcit qđ eſt ſu⸗
pra ſe qm̄ acq̄rit bonitatē ab eo. Iſta ꝓpoſitio
ſimplr̄ ē falſa qꝛ nulla intelligētia dependēs
eſt cauſa alterius intelligentie nec bonitatis
eius: ſed deus qui eſt ipa ṗma cauſa qui crea
uit oīa. iuxta textū ſacre ſcripture. In ṗnci⸗
pio creauit de⁹ celū ⁊ terrā. Et ſꝫm magiſtruꝫ
ſententiarū quattuor creauit deus in ṗncipio
creatōnis omniū rerū: celū empireū: angelos
materiā primā: ⁊ temp⁹: ⁊ mox repleuit deus
illud magnū celum empireū angelis ⁊ nō ſꝫm
nūerū orbiū cōtra ṗhos tenentes illā opinio
nem. de quib⁹ ſanctis angelis loquitur Dani⸗
el in textu biblie. Milia miliū miniſtrabāt ei
(hoc eſt deo) ⁊ decies centena milia aſſiſte⸗
bant ei. ꝙ̄ ꝙ̄ in his duob⁹ nūeris nō ſit nume⸗
rus ſanctoꝝ angeloꝝ. Et eſt ſciēdū circa hoc
ꝙ nullus theologoꝝ ſcribentiū de ſanctis an⸗
gelis dicit numerū ipſoꝝ nec numer⁹ in ſacra
ſcriptura reperit̃. Tant⁹ em̄ numer⁹ eſt ꝙ ſuꝑ
terrā ignorat̃: ideo fatue opinati ſunt illi q̄ vo
luerūt tractare numerū intelligētiarū ſeu an⸗
gelorum ſꝫm numerum orbiuꝫ celeſtium. Po⸗
ſuerūt ſiquidē ṗhi intelligentiam lune regere
q̄ttuor elemēta: ⁊ poſuerūt quālibet intelligē
tiam eſſe ⁊ ṗſidere in toto ſuo celo ⁊ in ambi⸗
tu ſui celi ⁊ in oībus contētis infra vſqꝫ ad
centrum terre ⁊ animas hoīm mediāte vehe
menti imaginatione coniungi intelligētie lu⸗
ne ꝑ vehementē ⁊ fortē imaginationē: ⁊ inde
eſt ꝙ aliq̄n hoies acq̄runt magna que deſide
rant ſi intelligētia lune influat: que oīa ſunt
abſurda: qꝛ ſepe per imaginationē humores
in corpore humano alterant̃. Unde ſequunt̃
aliqua incōmoda vel que vident̃ eſſe ſtupen⸗
da: ⁊ hoc aliquādo accidit in animalib⁹ de vir
tute imaginatiua. ſicut habet̃ in quodā paſſu
biblie de Jacob qui ponebat duas virgulas
duoꝝ coloꝝ ſuꝑ fonte: ⁊ inde oues bibendo il
lorum coloꝝ retinebant ſimilitudinē in virtu⸗
te brutali imaginatiua: ⁊ quādo veniebāt ad
gn̄ationē cū arietib⁹ remanebat illa ſimilitu⸗
do duoꝝ coloꝝ in ipis ouib⁹ ꝑ quā imaginati⸗
onē fetus generati erant duoꝝ colorum. hec
ponit Nicolaus de lyra ſuper illo paſſu Gen̄.
Ponit etiam vltra ꝙ quedā matrona nobilis
in partibus hyſpanie habebat fortē imagina
tionē tempore generatōnis ſuper quadā cho
rea ethyopum depicta in camera ⁊ preſertim
ſuꝑ quodā magno ethyope in iſta chorea de⸗
picto: que matrona tempore partus peperit
puerum ſimilem ethyopi magno depicto in
chorea: nato itaqꝫ puero ſingulisqꝫ credenti⸗
bus ipſaꝫ matronā cū aliq̄ ſclauoꝝ ſarracenie
ꝯcubuiſſe cū nat⁹ nulli parentū aſſimilaretur

decreuer̄t iusticie administratores de ꝯsensu etiā habito parentū ⁊ mariti ipaꝝ post releua-tionē partꝰ q̄ cōiter in vniꝰ mēsis spacio cōple tur esse cōburendam: ante tñ huiꝰ iusticie ad-ministrationē seu executionē vocati fuerūt q̄-dam sapiētes ex quoꝝ nūero vnꝰ petijt vt lo-cū cōcubitꝰ videret quo viso perpēdit gn̄atio nem illā factā fuisse fortitudine virtuꝫ imagi-natiue. dixitq̄ꝫ illū magnū ethiopem nati esse patrē adducēs biblie textū in loco allegato q̄ deductōe audita liberata fuit matrona a com bustione. Ex q̄bus claret multa in istis inferi-oribꝰ cōtingere ꝓpa rerū natura nō ꝓuenien tia ab influētia ipiꝰ intelligētie lune. ex quo pꝫ in ista materia itelligētiarū separatarū ph̄os antiquos q̄busdā veris mlt̄a falsa immiscuis-se. patꝫ etiā ex hoc ꝙ eoꝝ opiniones non sunt multū recitāde nisi breuit̄: ac etiā nec tractan de nec sunt tenēde sed improbande in p̄senti materia. Nec mirū si errauer̄t loq̄ndo de sub-stantijs separat̄:q꞉ sepe hoīes eleuati ⁊ imbu ti in magna sciētia deficiūt in iudicio ꝑticula-ri multarū rerū naturaliū arti eoꝝ subiacētiū ⁊ intellectꝰ nisi eleuet̄ ꝑ sacrā scripturā vel ꝑ spālē inspirationē sepe deuiat a veritate. q̄d cōsiderans Aristo. ij. metha. regratiat̄ antiq̄s ph̄is de doctriuis scriptis ⁊ eoꝝ laboribus q꞉ eoꝝ labores sunt nobis occasio acq̄rēdi veri-tatē. Ita regratiādū ē istis in ꝑte circa h̄ ꝙla-borauerūt ad inq̄rendū veritatē ⁊ posuerunt substātias separatas ⁊ intelligētias ⁊ aīas ra tionales ⁊ oīa ista ꝑpetue manere intelligen tias siquidē ꝑpetuas a parte ante ⁊ a parte post: nō tñ tantū errauer̄t a veritate ꝙtū mul ti mūdani dicentes se sapiētes esse ⁊ stulti fa cti sunt dicētes aīas nostras rōnales nō ma-nere post mortē nec esse intelligētias separa-tas nec p̄mā causam. Iuxta illd̄ p̄s. Dixit insi piens in corde suo nō est deus.

Argumentū quarti cap̄. differētie p̄me.

¶ Quartū capitulū huiꝰ p̄me differentie est de numero ⁊ ordine harū intelligētiarū ⁊ mo do mouēdi celos imperio dei benedicti ⁊ q̄d debet censeri vel improbari in hac materia ge neralit̄ ⁊ cū timore scribēdo s̄m veritatē ⁊ do ctrinam theologorum.

Irca quartū ca

pitulū huiꝰ p̄rime differētie: hoc ē circa veritatē de numero ⁊ ordine harū intelligētiarū intelligēdum ē ꝙ numerꝰ ⁊ ordo nō sunt nobis noti nisi ꝑ quasdā reue-lationes ⁊ scripta aliquoꝝ doctoꝝ potiꝰ vten-tiū rōne argumētatiua theologica ꝙ reuelati one diuina: sequentiū in hac materia in ꝑte di cta bti Dionysij in de āgelica hierarchia dicē[tiū] ꝙ duplex pōt ī p̄nti eē via ⁊ potētia mouēdi celos. Prima imperio dei bn̄dicti seclusa q̄-cunq̄ꝫ applicatōne cuiuscūq̄ꝫ angeli. Alia via mag[is] famosa: ꝙ deꝰ qui ē immobilis manens dans cūcta moueri: dat certis angelis ⁊ de or dine determinato nouē ordinū angeloꝝ: vide licet de ordine virtutū imperiū mouēdi celos ⁊ ordine quo mouet̄ vel alio ordine sicut sue volūtati placet: vel ꝙ celuꝫ stet sine motu q̄d nō viderūt ph̄i antiq̄ nec potuerūt videre per eoꝝ rōnē naturalē. Dixerūt nēpe ꝙ si motꝰ ce li cessaret totꝰ ordo inferioꝝ ⁊ oīs actio hic in-feriꝰ destrueret̄: ponēdo tantā cōnexionē ne-cessariā int̄ motū celi ⁊ ista iferiora q̄ttuor ele mētoꝝ ⁊ alioꝝ elemētatoꝝ arguēdo ꝙ si mo-tus celi cessaret oīa iferiora cessarēt ⁊ destrue rent̄: cuiꝰ tñ oppositū fuit tꝑe Iosue: vt h̄r in biblia Iosue. 10. ca. Habita quadā magna vi-ctoria ꝑ iosue ⁊ filios israel in q̄ victoria misit dn̄s lapides grādines ⁊ magnos lapides de celo aereo. i. de aere q̄ lapides ꝙplurimos in-terfecerūt de inimicis legis dei: quos iosue cū tota gēte sua tūc interfecit. Tūc locutꝰ est io sue dn̄o in die q̄ tradidit amoreū in cōspectu filioꝝ israel. dixitq̄ꝫ corā eis sol cōtra gabaon ne mouearis ⁊ luna cōtra vallē ahylon. Ste-teruntq̄ꝫ sol ⁊ luna donec vlcisceret̄ se gens de inimicis suis. Itē ibidē. Nōne scriptū est hoc in libro iustoꝝ. Stetit itaq̄ꝫ sol ī medio ce li ⁊ nō festinauit occūbere spacio vniꝰ diei. nō fuit an̄te ⁊ post tā lōga dies obediēte dn̄o vo-ci hoīs ⁊ pugnāte ꝓ israel. Ex q̄ pꝫ ꝙ tota ma china inferior elemētoꝝ potest regulari absq̄ꝫ motu celi: nec minus deo volēte fierēt gn̄atio nes ⁊ ꝓductōnes rerū toto celo q̄escēte ꝙ cū motu celi. dato ꝙ Aristote. dicat. ij. phisicoꝝ. Sol ⁊ hō generāt hoiem. ita intellige de alijs aīalibꝰ. sol ⁊ asinꝰ generant asinū: hoc ē de fa cto sic ē ordinatū a deo: q꞉ sol tāq̄ꝫ supior cau sa eq̄uoca cōcurrit ad influxū rerū inferioꝝ ꝑ virtutē sibi datā a deo: ⁊ si deus aliter ordina-ret aliter fieret ⁊ eque naturalit̄ tūc sicut nūc. Non est ergo alligata ordinatio inferiori celo nec intelligētijs seu angelis s̄ deo immediate

Et sic̄ fecit stare totū celū tp̄e Josue ⁊ oīa ce⸗
lestia corpora cessare a motu bellantibꝰ homi
nibꝰ in terra ⁊ faciētibus alias opationes cō
uenietes: sic deus pōt iperare celo: vt mouea
tur ab occidente in oriente sicut nūc mouet̄
ab oriēte in occidentē ⁊ ita velociter sicut mo
uetur nūc: ita moueat̄ tunc: imo velociꝰ si ei
placeret. Et totꝰ iste motus celi sicut nūc: ita
tunc obediēdo impio creatoris sicut a p̄te rei
fuit tp̄e ezechie regis iude qui fuit in quadaȝ
infirmitate de qua fm̄ cursuȝ nature debebat
mori. In qua infirmitate venit ad euȝ ꝓpħa
dn̄i esayas ex p̄te dn̄i dixitq̄ȝ regi hec dixit do
minꝰ deus: precipe ⁊ ordina domui tue. mo⸗
rieris eīn ⁊ nō viues. qui rex cōuertit faciē su
am ad parietē ⁊ orauit dn̄m ⁊ fleuit. quibꝰ ora
tione ⁊ fletu factis. dicit dn̄s Esaye reuertere
et dic ezechie duci ppl'i mei. hec dicit dn̄s deꝰ
dauid patris tui. Audiui orationē tuaȝ ⁊ vidi
lachrymas tuas ⁊ ecce sanaui te. die tertio as
cendes templuȝ domini: ⁊ addam diebꝰ tuis
15. ānos ⁊ de manu reḡ assyrioꝝ liberabo te ⁊
ciuitatē hanc. s. hierusalē. dixerat aūt ezechi⸗
as ad esayam qd̄ erit signū ꝙ dn̄s me sanabit
⁊ ꝙ ascensurus die tertia sum templum dn̄i.
ita ait Esayas. Hoc est signū a dn̄o ꝙ facturꝰ
sit dn̄s sermonē quē locutꝰ sū tibi vt ascēdat
vmbra. 10. lineis: aut vt reuertat̄ totidē gradi
bus. ⁊ dicit Ezechias. facile est vmbrā cresce
re. 10. lineis nec volo vt hoc fiat: sed vt reuer⸗
tat̄ retrorsū. 10. gradibꝰ. Inuocauit itaq̄ȝ Esa
yas propheta dn̄m ⁊ reduxit vmbrā per. 10. li
neas quibus iā descēderat i horologio achaȝ
eūdo retrorsum. 10. gradibus. Et hec materia
de reuersione solis per. 10. lineas habet̄ Esa⸗
ye. 38. capl'o. ¶ Quā materiā tractat beatus
Dyonisiꝰ ⁊ multi aliȷ̄ theologi indagātes qui
illoꝝ duoꝝ dierū artificialiū fuerit maior in tē
pore Josue dū sol stetit immobilis ⁊ oīa cor⸗
pora celestia spacio vniꝰ diei artificialis. erat
quoq̄ȝ tunc in mense iunȷ̄ qn̄ dies artificialis
versus hierusalem habet. 14. horas ⁊ spacio
vniꝰ diei artificialis: quieuit sol ita ꝙ dies arti
ficialis illa fuit. 28. horarum dies vero artifi⸗
cialis tēpore Ezechie regis in qua sol fuit re⸗
uersus. 10. gradibus erat. 12. horarū ⁊ tūc erat
equinoctium autūnale: ⁊ sol fuit reuersus ꝑ
10. lineas ab occidente in orientem imperio
creatoris ⁊ post de oriēte reuersus fuit ad oc⸗
cidētem per viam per quā venerat: ita ꝙ dies
illa artificialis fuit augmentata de. 20. ho⸗
ris retro cedendo de. 10. horis ⁊ reueniēdo ꝑ
viam per quaȝ retrocesserat de. 10. aliȷ̄s horis
Ita ꝙ dies illa artificialis habuit. 32. horas
⁊ ita fuit maior ꝙ̄ illa que fuit tēpore Josue
nec obstat textꝰ biblie q̇ dicit de tp̄e Josue ꝙ
nec taȝ magna dies ante nec post sicut illa fu
it. Respōdet nāq̄ȝ beatus Dyonisiꝰ in quadā
epistola ad policarpū ꝙ liber Josue fuit scri⸗
ptus circa finē vite Josue: ⁊ ꝙ ly post in obie
ctione facta ad oppositū refertur ad tp̄s scri⸗
pture libri Josue: ⁊ nō refertur ad tp̄a simpli
citer futura: ⁊ inter mortē Josue ⁊ regis Eze
chie fluxerūt octingenti anni saluo pluri aliq̄
bus annis. Ita ꝙ dies artificialis de reuersio
ne solis fuit maior ꝙ̄ de tēpore stationis tēpo
re Josue. Ista de textu biblie ⁊ alia que sūt
auctentica sunt adducta ad ꝓpositum cōtra
opiniones ⁊ scripta aliquoꝝ antiquorū pħoꝝ
qui nō habebāt illuminationē sufficienteȝ de
pħia et de potentia ipsius prime cause: qꝛ ista
sic simpliciter ponēdo sicut ipsi ponebant de
rogabāt potentie prime cause ⁊ veritati vere
pħie attribuēdo intelligentȷ̄s celoꝝ virtuteȝ
quam nō habebāt: ponēdo etiam eas neces⸗
sarias dicēdo eas esse in eoꝝ toto celo ⁊ vsq̄ȝ
ad centrū terre. ¶ Quā materiā pertractans
Alexander de alis. 2. sniarū. querens vtrum
angelꝰ possit esse vbiq̄ȝ simul ⁊ semel: ⁊ vtrū
mouēdo celum sit in toto celo. Respōdet. an⸗
gelus ex ministerio pōt mouere celū nō tn̄ est
vbiq̄ȝ: hoc est in toto celo sed in aliqua parte
celi: ⁊ potius videtur de parte orien̄. ꝙ̄ de ali
qua alia ⁊ cōiungitur celo vt motor moto nō
vt ꝑficiens suo ꝑfectibili vel forma corpori vt
digne diceret̄ exēplariter. rex regens totū re⸗
gnū nō est in toto regno sed in aliqua parte re
gni. sic angelꝰ mouēs celum mouet nō ex ipe
rio voluntatis sue: sed volūtatis diuine ⁊ per
aliam applicationē mouet ꝙ̄ per suam volun
tatē solam ⁊ angeli mouēdo celos iperio dei
eque sunt semꝑ beati ⁊ in gloria ⁊ illi angeli
qui mittūtur ad nos ꝓpter illuminationem ⁊
informationem nobis necessarias aut ꝓpter
executiones sicut fuit de angelo exequēte so
domam ⁊ gomorraȝ: ⁊ de illo qui percussit ex
ercitum cenacherib regis assiriorum semper
sunt in gloria. Ita ꝙ omnes spiritus sunt ad
ministratores volūtatis diuine: ⁊ ita est tenē
dum in ista materia de motu celorum: deꝰ mo

uet celos per sanctos angelos ⁊ posset dare motū celis sine angelis: ⁊ sicut placet deo celum mouere sicut ab oriente in occidẽtē. ita ab occidente in orientẽ ⁊ sphera celestis contra spheram voluitur: ⁊ totū hoc iperio ⁊ obedientia creatoris ⁊ inter cetera creata speculatio magna ⁊ admiratio ipsius cõditoris relucet in celis materialib⁹ velut in quodam libro digito dei scripto teste Dauid eximio prophetarū dicente Celi enarrãt gl'iam dei ⁊ opera manuū ei⁹ annũciat firmamẽtum.

Argumentū q̃nti capl'i dr̃ie prime.

¶ Quintū capitulū prime dr̃ie est de ornatu mirabili ipsi⁹ celi stellati: ⁊ hoc in generali.

Circa quintum

capitulū huius prime dr̃ie Aduertendū est ꝙ deus ornauit celū stellatum ornatu mirabili vltra ornatū p̄mi mobilis ⁊ vltra ornatū orbiū. i. planetarū. Nã primū mobile est sine stellis ⁊ planetis: ⁊ est simplicissimū ⁊ vniforme in corpore licet mirabiliter actiuū. Sphere aũt. i. orbiū. i. planetarū: sic stellis ornate sunt: ita ꝙ quodlibet celū totale est ornatū vnica stella seu vnico planeta. celū vero stellatum est ornatū tot et tãtis stellis ꝙ nūꝙ̃ fuit astrologus qui sciret numerū totalem stellarū iuxta dictū cuiusdã sapientis. Qui stellas numeras quarū tu noĩa solus: ⁊ loquitur de deo. ⁊ subdit ordinē celi ⁊ pluuie guttas ⁊ dies seculi et arenã maris quis dinumerauit ipse solus. i. deus. oĩa metiri ⁊ dinũerare põt qui omnia ambit sua sapiẽtia. Certū est iuxta dictū Aristotel' ꝙ ꝙ̃ꝙ̃ plurime stelle sunt in celo stellato que nõ sũt nobis visibiles nec numerabiles ꝓpter paruitatem ꝙ̃titatis earū vt dat exemplū Aristoteles de galaxia. i. de circulo lacteo que pars celi est cõiter lucidior in nocte serena ꝙ̃ aliqua alia pars celi ꝓpter multitudinẽ stellarū paruarū que influũt in aere ⁊ in terra ⁊ mittũt radios suos ad nos. de talib⁹ stellis nõ est nobis sciẽtia ꝓpter defectum potẽtie visiue hoĩs q̃ nunꝙ̃ potuit intueri eas. Sed de stellis visis põt esse scientia ⁊ fides. Sciẽtia quidẽ sciẽtificis cognoscentibus aliquas proprietates saltē principaliores. fides potest esse de talib⁹ hominibus nescientibus proprietates habentibus vero vocabula ⁊ ꝓpositiões auditas. verbi gratia in geometria. Ista propositio famosa triangulus est habens tres angulos equales duobus rectis. triangul⁹ est figura plana vna superficie contẽta habens tres angulos qui equalẽt duobus rectis. Ista ꝓpositio expertis in geometria nõ est fides sed scientia. multis vero ꝑbis legentibus librū posterioꝝ Aristotel' ⁊ alios libros in quib⁹ tales ꝓpositiões geometrice habẽtur qui nesciũt eas ꝓpter quid ⁊ ꝓpter causam cognoscere ⁊ quid sit angulus rectus q̃n videlicet linea ꝑpendicularis cadit dyametraliter super lineam rectam causat duos angulos rectos qui equiualent tribus alijs angulis acutis: talibus inꝙ̃ hoĩb⁹ ignorantib⁹ geometriā in ista parte est illa ꝓpositio fides que tamen peritꝭ nõ est fides sed scientia: ita dicit᷑ ad ꝓpositum de cognitione stellarū. Illi em̃ qui habent cognitionẽ habent scientiã: alijs vero habẽtib⁹ verba tm̃ est fides: habita vero scientia cessat fides eis: ⁊ est eis sciẽtia: habẽtibus videlicet noticiã de ꝓprietatibus stellarū illis est scientia de stellis.

¶ Veniẽdo ad ꝓpositum de ornatu celi stellati: ibi sunt ꝙ̃ plurime stelle habentes ꝓprietates cõsimiles. i. planetis ⁊ ẽ doctrina ptholomei in quadriptito de stellis aliq̃bus zodiaci ⁊ de quibusdã earū ꝓprietatibus: vt verbi gratia vires stellarū in vertice arietis existentiū cõmixtis virib⁹ saturni ⁊ martis: assimilãtur itaqꝫ vires saturni ⁊ martis cõmixte sunt tẽperate in caliditate ⁊ frigiditate ⁊ aucte in siccitate: ⁊ talis est natura illarū stellarū: hoc est q̃n venerit ileg ad illas stellas hoc eueniet qd̃ eueniret si iũgeret᷑ saturno ⁊ marti coniũctis: ⁊ ita intellige de alijs cõbinationibus stellarū generaliter. ¶ Earū vero stellaꝝ que in ore sunt arietis vires viribus mercurij similes esse perhibentur que modicū saturni viribus assimilãtur: opus vero earū que in ei⁹ pede posteriori sunt ab operib⁹ martis nõ differũt ⁊ q̃ in ei⁹ cauda sũt vires veneris sumũt.

¶ Stellarū igitur arietis natura ꝓpter eq̃noctiū tonitrua ⁊ coruscatões adducit. Huius aũt signi principia pluuias ⁊ vẽtos efficiunt eiusqꝫ medietas tꝑate cõplexionis est. extrema vero eiusdẽ cõburit. ⁊ mortalitatē generat: ac ipsoꝝ que sunt septẽtrionalia calefaciunt ⁊ destruũt que aũt sunt meridiana congelant ⁊ infrigidant.

¶ Stellarū vero thauri q̃ in ei⁹ existũt hũero

a veneris complexione nō distāt: ⁊ saturni cōplexioni assimilant modicū: athorage .i. pliades vero cōplexio martis ⁊ lune complexiōis esse ꝓbātur: ac stelle in vertice tauri rubee aldebaran a marꝭ ꝯplexione nō elongant. alie aūt q̄ ibi sunt cōplexioni saturni coequātur ⁊ mercurialꝭ cōplexionis silitudinem gerūt aliquātisper. In eiꝰ aūt cornuū cacuminibꝰ posite idē qđ mars operātur. ¶ Thauri aūt signū vl'iter vtrāq; ꝯplexionē significat calidā et frigidā cū tēperamento: sed tñ ꝓclivius est ad caloris significationē. principia suarū ptium. maxime aūt q̄ circa pleiades sūt terre motus vētos ⁊ nebulas faciūt. eiꝰ medietas humectat ⁊ infrigidat'. qđ aūt circa aldebaran in eiꝰ extremo ponit est igneū: corruscatiōes ⁊ fulgura gignit. Ipsarū v̄o partiū que septētrionales sunt tꝑate ꝯplōis existūt: ⁊ que sūt meridionales īstabilitatē ⁊ motus inordinatos faciunt.

¶ Stelle geminoꝝ ille q̄ i suis sunt ꝑedibꝰ a mercuriali q̄litate nō recedūt ꝙuis modicuꝫ q̄litati veneris associent. lucidiores v̄o stelle in eoꝝ coxis posite saturnine sūt: q̄ aūt in eoꝝ capillis impꝑsse sunt. quaruꝫ ꝑima mercurio in opibꝰ assilatur ⁊ vocat aulac. altera v̄o ꝯplōne marꝭ imitat ⁊ dr̄ abracale. ¶ Signū autē geminoꝝ vl'iter facit tꝑieꝫ quoꝝ p̄ncipia magne sūt humectatōis ⁊ destructōis: media v̄o tꝑata: extrema cōmixte ꝯplōnis. ⁊ instabilis esse dr̄: earū ꝑtes septētrionales vētos ⁊ tremotꝰ adducūt: ⁊ meridiane ignee sꝫ ⁊ ꝯburꝫ.

¶ Stelle cancri due q̄ in pedibꝰ obtinēt locū mercuriane ⁊ modicū martiane sunt: earū v̄o que sūt in eiꝰ acubene saturno ⁊ mercurio nō repugnāt. acubene sūt queđ oblonga in cancri ꝯstitutione. Illarū aūt q̄ in eiꝰ pectore locātur q̄ meclef vocātur: ⁊ q̄ duo asini vocātur a martis ⁊ solis viribꝰ nō recedūt ⁊ manifestū est ꝙ hec ꝯplō abscindit ⁊ destruit. ¶ Signū cancri gn̄aliter facit serenitatē ⁊ calores cuiꝰ ꝑrimordia q̄ circa ꝑsepe locātur calidū ⁊ turbiduꝫ aerem reddūt. necnō terremotꝰ ⁊ obscuritatē afferre ꝓbātur: q̄ aūt sūt in eiꝰ medio tēꝑata sūt ⁊ q̄ in eiꝰ extremo vētos adducūt eiꝰ septētriōalia ⁊ meridiōalia ignea sꝫ ⁊ ꝯburꝫ.

¶ Stelle v̄o leonis due q̄ in eiꝰ capite site sūt saturno ⁊ marti modicū assilant. Triū vero q̄ in eiꝰ collo sꝫ opa saturninis opibꝰ ꝑificant ⁊ licet modicū mercurialibꝰ opibꝰ assilant. lucida stella in corde leōis posita quā vocāt reginā vt iupiꝫ ⁊ mars opat. stella in eiꝰ dorso posita claraq; stella in eiꝰ cauda locata venerꝭ ⁊ saturni viribꝰ coeq̄tur: ⁊ modicū mercuriū i opibus imitat. due v̄o in eiꝰ coxis īsite a viribꝰ veneris ⁊ mercurij nō discedunt. ¶ Signū leonis calorē ⁊ aerē turbidū gn̄alit designat: eiꝰ ꝑtes ꝑcedeñ. aerē calidū ⁊ turbidū ac mortalitates ānūciāt. eiꝰ medietas tꝑate ꝯplōis existit: ⁊ q̄ ponūtur extrema hūectāt ⁊ destruūt: ⁊ q̄ sūt in septētriōe ignea sꝫ ⁊ ꝯburētia: q̄ v̄o meridianā ꝑtē celi sibi vendicāt humectāt.

¶ Stellarū aūt v̄ginis illarū q̄ i eiꝰ v̄tice ⁊ earū q̄ in eiꝰ oculo: necnō in eiꝰ ala meridiana extreme figurātur opa a mercurialibꝰ effectibꝰ nō remouētur ⁊ marꝭ opibꝰ aliquātisꝑ assimilant. Alie stelle q̄ in eiꝰ ala septētriōali: necnō q̄ in eiꝰ dorso formātur ab opibꝰ mercurialibꝰ nō discrepāt ꝙuis marꝭ gerāt similitudinem ¶ Signū virginis gn̄alit variat ⁊ mutat cuiꝰ ꝑtes ꝑcedētes ⁊ medie tꝑate sunt cōplōnis. Qđ aūt in eiꝰ extremo locat est aq̄ticū: et qđ i septētriōe ꝯstituit vētos adducit: ⁊ qđ i meridiana parte ponit humectat ⁊ tonitrua demonstrat.

¶ Stelle q̄ sūt in altū libre illa q̄ est lucida in septētrionali ꝑte vt saturnꝰ ⁊ mercuriꝰ opat: stella q̄ dicit acimech a veneris viribꝰ nō recedit: ⁊ mercurio aliquātisꝑ assilat. in eiꝰ auteꝫ pedis sūmitate posite: ex ea ꝑte a q̄ ꝓtrahunt fimbrias mercurialibꝰ ⁊ martis viribꝰ coequātur ⁊ que in eiꝰ extrēo duarū acubene scorpionis apparēt i suis opibꝰ saturnū ⁊ mercuriū imitant: ⁊ que eaꝝ medietatē obtinēt saturni viribꝰ assilant ⁊ modicū marꝭ sequūt ꝯplōeꝫ ¶ Signū aūt libre generaliter humectat ⁊ tonitrua demōstrat: cuiꝰ partes prime maiorem calorē faciūt ⁊ destruūt. medie tēperate sunt vltime aquatice cuiꝰ partes septentrionales ventos adducūt: meridiane temperatam cōplexionem reseruant.

¶ Stelle scorpiōis illarū vires luculēte que i eius fronte sibi locum vendicāt a martis viribus nō recedunt. triū q̄ etiā in eiꝰ ore sūt media que lucidissima est ⁊ parum habet rubedinis vocaturq; cor scorpionis a martis viribus nō separatur licet modicū vires iouis assumat: que sunt in ipsius caude nodis veneris ⁊ saturni viribus assimilantur ⁊ que in eiꝰ aculeo constitute martis et mercurij vires

imitantur que in alatha sunt locate martis et lune gerũt similitudinẽ. ¶ Signũ scorpiõis generaliter facit tonitrua ⁊ est signũ igneum cuius ptes precedẽtes ventũ magnũ adducũt et que in eius medio tẽperate sunt cõplexio-nis. extrema eius terremot⁹ ostẽdũt septẽtrio nalia cõburunt ⁊ meridionalia humectãt.
¶ Stelle sagitarij illa que sagitte cacumẽ hz martis ⁊ lune virib⁹ coequatur. earũ vero q̃ ipsius arc⁹ formã exprimũt. ille que in loco ꝯta ctus man⁹ figurãtur vt iupiter ⁊ mars opantur. que aũt in alatheca vult⁹ ei⁹ sunt solis et martis opib⁹ cõcordant. illarũ vero q̃ sunt in loco sagitte virib⁹ iouis coequãtur ⁊ modicũ mercurio cõcordãt. In ei⁹ crurib⁹ insite iouis et saturni virib⁹ assimilantur. Quattuor aũt q̃ sunt in ei⁹ cauda virib⁹ veneris ⁊ saturni assimilãtur. ¶ Signũ sagittarij generaliter facit ventos ⁊ ei⁹ principia humectãt partes medie ꝑpateꝗ vltima ignea sunt ipsi⁹ septẽtriona lia ventos adducunt. meridiana fortiter humectant et variant.
¶ Stelle capricorni que ei⁹ adherẽt cornib⁹ a veneria cõplexione nõ discedũt ⁊ mercuria lia parũ sequũtur opa. earũ aũt que in ei⁹ ore vidẽtur saturninis opib⁹ coequãtur ⁊ modicũ veneris ⁊ mercurialib⁹. et q̃ in eius cauda formãtur a iouis saturniq3 virib⁹ nõ discrepãt ¶ Signũ capcorni generaliter humectat cuius principia cõburũt ⁊ destruũt. media tẽpata sunt extrema pluuias oñdũt. ei⁹ septẽtrioña lia ⁊ meridiõalia fortiter hũectãt destruẽdo.
¶ Stelle aquarij que in ei⁹ sũt hauritorio cũ his que in manu sinistra figurãtur vt saturn⁹ ⁊ mercuri⁹ operãtur. que in corpis ei⁹ a mercurialib⁹ operib⁹ nõ dissonãt. ⁊ reliq̃ saturninis ⁊ modicũ iouinis assimilantur. ¶ Signũ aquarij generaliter infrigidat et est aquaticũ. cui⁹ principia sunt valde humida. ei⁹ media ꝑpata sunt. extrema faciũt vẽtos. Illi⁹ septẽtrionalia cõburũt. meridiana nimiũ ventũ faciunt.
¶ Stelle piscium q̃ in vertice meridiani pisc̃ mercurij ⁊ saturni sunt. in ei⁹ aũt ore iouis et mercurij sunt. supra ei⁹ caudã ⁊ supra filum meridionale cõstitute saturni opa et mercurij modicũ sunt. earũ q̃ sunt in ipso corpe piscis septẽtriõalis videlz spina. iouis opa ⁊ aliquã tisp veneris sequũtur. In filo vero septẽtrionali fixe. vt saturn⁹ ⁊ iupiter operãtur. stella quoq3 lucida supra ei⁹ ligaturã cõstituta marti gerit similitudinẽ ⁊ mercurij modicũ seq̃tur.
¶ Signũ pisciũ gñalr infrigidat ⁊ vẽtos generat cui⁹ ptes prime ꝑpate sunt. medie fortiter humectant. vltime cõburunt: meridiane aq̃ti ce. ei⁹ ptes septẽtrionales ventos efficiũt. Expert⁹ in noticia stellarũ ⁊ planetarũ certi⁹ iudi cabit q̃ ille q̃ nõ hz nisi noticiã plãetarũ ⁊ quãdã ꝓprietatẽ ipsoꝝ. Ita q̃ si sit defect⁹ i iudicio ⁊ in descensu practico ipsi⁹ speculatiue nõ est defectus ex pte artis sed ex pte artificis.
¶ Ornat⁹ vero celi stellati generaliter in tres ptes distinguitur in zodiacũ qui ẽ zona torrida ſm aristotelẽ sub qua zona incedũt. 7. planete. ex quib⁹ fertur ab aristotele vitã viuentiuz in istis inferiorib⁹ regulari: ⁊ hoc hñt ab illo qui eos creauit. alia vero ps celi stellati est in pte meridiana multũ reremota a nobis ⁊ idõ illa ps nõ est nobis tã potẽtis influẽtie sicut ps septẽtionalis. tertia vero ps ⁊ꝗ ornat⁹ celi stellati dicitur septẽtrionalis: in qua est pol⁹ articus supra queꝫ polum ex vna pte voluitur celum stellatũ: ⁊ ista ps est potẽtior ps celi post zodiacum ad influendũ nobis. ⁊ ista sufficiãt in generali de octaua sphera: q2 in sequẽtib⁹ erit ꝓlixior sermo de eadem sphera.

Argumentũ sexti capl'i prime dr̃ie.

¶ Sextũ capl'in prime dr̃ie: ẽ de nona sphera seu de primo mobili: ⁊ de ei⁹ virtute mirabili collata ab infinita potẽtia dei que cũcto rũ est creatrix. Ad abbreuiãdũ aũt materiam sexti capl'i: hic ponetur in paucis ꝯclusionib⁹.

c Irca sextuz autem prime dr̃ie capitulũ est notãdũ q̃ nona sphera seu primũ mobile ambit ⁊ inuoluit oẽs alias spheras inferiores ⁊ celum stellatum et secum trahit motu diurno in spacio. 24. horarum ab oriente per meridiem ad occidentem omnia ista corpora reuoluẽdo ad orientem iteruz: ⁊ ista practica est magna et mirabilis ⁊ ẽ collata a creatore. et iuxta hoc considerandum est circa pncipale q̃ iuxta zodiacũ octaue sphere in quo sunt stelle et animalia. 12. signorum depicta stellis recipiunt influentiam a zodiaco primi mobilis ⁊ omnes calculationes Alphonsi regis castelle illustris quibus moderno tempore vtuntur astrologi latini sunt ad nonam spheram: scilicet ad principium arietis none sphere et figura celi que fit per astrologos:

fit ad equinoctiũ none sphere ⁊ ꝙ plurima re
ducũtur ad nonã spherã originaliter ꝙtũ ad
fundamentũ cãrum naturaliũ. ¶ Et est ħ no
tandũ ꝙ motus ⁊ calculationes planetaruꝫ
facilit̃ pñt reduci de nona sphera.s. de zodia
co none sphere ad zodiacuꝫ octaue sphere ꝑ
numerũ q̇ dr̃ motus octaue sphere qui dicit̃
motꝰ capitis arietis mobilis: vel si calculatio
nes planetarũ sint ad octauã spheram debet
addi motꝰ ⁊ distãtia capitis arietis mobilis
ad habendũ motꝰ ⁊ vera loca planetarũ in zo
diaco none sphere: ⁊ iste modus vocatur in ta
bulis Alphonsi regis castelle motꝰ accessus
⁊ recessus capitis arieꝝ octaue sphere: ⁊ per
hãc practicã equationis dicte tabule pñt ve-
rificari latitudines stellarũ fixarũ ⁊ tanto me
lius reperiẽtur loca vera stellarũ omni tp̄e et
cũ instrumentis vero requisitis fiat inq̇sitio ⁊
verificatio. ¶ Et notare debes circa declara-
tionẽ presentis capituli ꝙ vera loca planeta-
rũ ꝑquirãtur a centro terre cõparando ad zo
diacũ none sphere. Ita ꝙ si oculꝰ hoīs eẽt in
centro terre ⁊ mitteret radiũ visiuũ ꝑ centruꝫ
corporis planete vel lancea ꝓcedẽte a cẽtro
terre per cẽtrũ corporis planete ⁊ trãsiret ad
nonã spherã vbi terminaret̃ finis lãcee vel vi
siõis in nona sphera vel in octaua sphera: ibi
dicit̃ esse verus locus planete: ⁊ ab illa ꝑte ce
li recipit influentiam: ⁊ ꝑ hanc viã inquirũtur
veri motus ⁊ vera loca planetarũ in nona vel
octaua sphera: ⁊ breuiter fit transitꝰ istarum
materiarũ generaliũ. qꝛ erit expediẽs diligẽ
tius perq̇rere causas epidimie ⁊ infirmitatũ
qua de causa iste tractatus est inceptus.

Argumentũ septimi cap̄. prime dr̄e.

¶ Septimũ cap̄. prime dr̄e est de situ ⁊ ordi
ne septẽ planetarũ ⁊ de quibusdã influentijs
eorum in generali.

[C]Irca septimuꝫ

huiꝰ prime dr̄e capitulũ: qđ est de
situ ⁊ ordine planetarũ sciendum
est ꝙ p̄mo a ꝑte inferiori est luna in orbe suo
recipiens influẽtiam ab alijs superioribꝰ pla
netis ⁊ stellis mittẽs nobis tanꝙ nũcia celo-
rũ. Deinde mercuriꝰ in scđo celo suꝑ eã: post-
ꝙ venus supra quã sol in medio planetaruꝫ
existens sicut rex in regno. deinde mars in q̄n
to celo. subseq̄nter iupit̃ in.6.celo. in.7. vero
⁊ vltimo est saturnus. ⁊ oẽs isti.7. planete cõ
tinẽtur infra stellatam spherã. ¶ De ꝓprieta
tibꝰ ⁊ influẽtijs in generali: sciendũ est ꝙ Sa
turnꝰ est male influẽtie frigidꝰ ⁊ siccꝰ: mascu
linꝰ diurnꝰ significator senũ ⁊ rerũ grauiũ vt
terre lapiđ plombi ⁊ rerũ fetidarũ ⁊ ꝓfundi-
tatũ cõsilij ⁊ cogitatõis: ⁊ valde valet ad sciẽ
tias ⁊ doctrinas in celo bene dispositꝰ ⁊ maxi
me si mercuriꝰ ipsum aspiciat vel sit in aliqua
domoꝝ saturni iuxta verbũ ptho¹.38. ⁊ regit
taciturnitatem silentij ⁊ cultus agroꝝ.

¶ Jupiter generaliter fortunatꝰ masculinus
⁊ diurnꝰ ⁊ est significator sube ⁊ oꝑatur calo-
rem tꝑatum cũ humiditate tꝑata ĩfluit in ae
re generaliter ⁊ sanguine hoīm ⁊ animalium
et de etate significat iuuentutem.

¶ Mars masculinꝰ diurnꝰ in die: nocturnus
in nocte verius tñ diurnꝰ ꝙ nocturnꝰ. mascu-
linꝰ cuꝫ fuerit oriẽtalis femininus cũ fuerit oc-
cidẽtalis calidus ⁊ siccus ⁊ habet caloreꝫ ex
cessiuũ: sꝫ influentia eius est colerica ⁊ influit
super cibaria mali saporis ⁊ supra ferrũ sicut
iupiter suꝑ stannũ. Influit ꝙ mars suꝑ ꝓdi-
tores ⁊ proditiones ⁊ significat fraudulenti-
as et superbiam.

¶ Sol est masculinꝰ ⁊ diurnꝰ ⁊ operat̃ calo-
rem ⁊ temperatũ cõiter ⁊ siccitate ⁊ est signi
ficator vite. influit in auro ⁊ in lapidibꝰ p̄cioſ
⁊ in terra influit in mineris auri. vnde auruꝫ
nascitur ex ꝓprietate ei data a deo: ⁊ genera
liter sol est signignificator regum p̄ncipum ⁊
nobiliũ vnacũ dñolo. 10ᵉ. domus celi: ⁊ est lumẽ
⁊ candela celi ⁊ mundi ⁊ factor tempoꝝ. ⁊ ꝑ
eum fiũt alij.6. planete oriẽtales ⁊ occidẽta-
les: ⁊ per eũ fiunt apparẽtes ⁊ occulti: ⁊ ꝑ ip
sum mouẽtur oẽs res que mouẽtur ĩfra sphe
rã actiuoꝝ ⁊ passiuoꝝ. ⁊ per eũ nascũtur oẽs
res nascẽtes ⁊ maturãtur oẽs fructus: ꝑ eũ vi
uificãtur signa qñ est in eis ⁊ influũt terre ca-
lorẽ virtute ⁊ fortitudinẽ. ⁊ planete fiũt retro
gradi per certũ aspectũ ad eũ dẽpta luna que
nõ patit̃ retrogradationẽ sed tarditatẽ. ⁊ gñā
liter oīs planeta hñs aspectũ ad eũ fortificat̃
in sua influẽtia. ⁊ luna recipit lumẽ suũ ⁊ for
titudinẽ ab ip̄o sole. ⁊ q̄to plꝰ soli appropiq̄t̃
tãto plꝰ ab eo illuiat̃ nisi tꝑe eclipſ lũe. ⁊ alijſ
tꝑibꝰ spilluiat̃ lũa vlt̃ mediũ corꝑis sui qꝛ sol
maior est luna.8. vicibꝰ ⁊.7. vicibus ipse sol
maior est tota terra: vt deducit̃ a ptho°. rõne
geometrica in suo almagesto. ido maiꝰ corpꝰ
de multo illuminãs minus corpus illuminat

illud vltra medietatem. et sic est de sole ad lunam.

Venꝰ femina nocturna ē fortunata frigida et humida habēs influentiā frigidā in primo gradu humidā in scđo ⁊ est significatrix muli erū ⁊ ludorū ⁊ ornamentoꝝ ⁊ significat amo rem ⁊ dilectionem ⁊ patientiam.

Mercuriꝰ: mixtus cū bonis bonus cū ma lis malus masculꝰ diurnꝰ significator pueroꝝ et scribarū ⁊ libroꝝ ⁊ ex infirmitatibꝰ signifi cat infirmitates spirituales anime vt maniā ⁊ insaniam ⁊ similes.

Luna fortunata est in sua influētia: ⁊ est fe mina nocturna oꝑatur frigus ⁊ humiditatē ⁊ influit generaliter supra aquas. Et vt horum septē planetarū ꝓprietates ⁊ influētie qbus huic mūdo sensibili ꝑsunt sciātur in genera li. Cōsiderandū ꝙ sm quattuor cōbinatōnes generales possibiles ipsarū qualitatū prima rū quattuor erūt planete ipsarū q̄litatū ꝑma rū gn̄atiui pariter ⁊ cōseruatiui: cū quicqd fit sub sphera actiuorū ⁊ passiuoꝝ passiue se ha beat ad actiuā virtutem stellaꝝ ⁊ celis veridicā que natura dicit a phis. est igit possibilis cō binatio calidi cū humido: calidi cū sicco: frigi di cum humido: frigidi cum sicco. nō est autē possibilis cōbinatio calidi cū frigido nec hūi di cū sicco repugnāte natura ꝯrietatis. Con traria nāqꝫ in eodē se simul esse nō ꝑmittūt. i mo potiꝰ mutuo se expellūt ⁊ haꝝ ꝯbiationū due biptite sunt scꝫ frigidi cum hūido ⁊ cali di cū sicco. pōt eñ frigidū cōbinari cū hūido simplici et cū humido cōplexionali. primam harū cōbinationū regit luna. secūdam venus ītellige ꝑ humidū simplex humidū elemēta le qđ est in aq̄ ⁊ aere. ꝑ humidū vero cōplexio nale: ītellige hūiduꝫ refractū ꝑ alias q̄litates ꝑmas secū iūctas qđ in mixto reꝑitur q̄le est humidū nr̄i corꝑis. ⁊ sic suo modo ītellige de sicco simplici ⁊ de sicco cōplexionali. pōt etiaꝫ calidū ꝯbiari cū sicco simplici ⁊ cū sicco ꝯple xiōali ꝑmā ꝯbiatōeꝫ regit mars scđāꝫ sol. ꝯbi natio aūt frigidi cū sicco nō pt sic biptiri eo ꝙ ābe ille q̄litates sunt mortifere. ⁊ sic relinqui tur illa sola q̄ est frigidi cū sicco cōplexionali q̄ lꝫ de ꝑse nō subsēuiat ꝑite subsēuit tñ eidē ꝑ accidēs. eo ꝙ siccū virtutē tantū tenet ⁊ frigi dū bene coadiuuat. ⁊ ille q̄litates ipꝫ calidū et humidū in qbus vita ꝯsistit bene obtēꝑant ⁊ hanc cōplexionē regit saturnꝰ. Par. formit calidū cū hūido nō pōt esse biptitū eo ꝙ cali dū simplex ab hūido simplici nō cōseruaret q̄nimo potiꝰ vaporabilit resolueret. Nec hu midū simplex est calori viuifici pabuluꝫ. imo potiꝰ ipsiꝰ extinctiuū. q̄propt remanet solum possibilis ꝯbinatio calidi cū hūido ꝯplexiona li. ⁊ hanc regit iupiter. ⁊ q2 he cōbinatōnes q̄ litatū ꝯrietate ꝑticipāt. ꝯria aūt nō sūt nata cōbinari aut vniri nisi in virtute alicuꝰ agentꝪ virtutē ꝑmiscuā ⁊ ꝯmixtibilē seu applicabilē habētis. Ideo ꝑter iā dictos planetas ponit alter hāc hñs v̄tutē ⁊ naturā ⁊ talꝭ ē mercuriꝰ ⁊ sic derelinquit dūtaxat. 7. cē planetas huic mūdo sensibili ꝑsistētes ⁊ virtutē regitiuā ip sius ꝓxime hn̄tes q̄litates ꝙ primas scđꝫ su pradicta rite causantes.

Argumentū scđe dr̄ie ⁊ eiꝰ primi capl̄i.

Scđa differētia ē de distinctiōe zodiaci ce li stellati ⁊ suarū partiū ⁊ de eiꝰ corrn̄dētia ad zodiacū none sphere q̄ primū mobile dicitur.

Primū cap. scđe dr̄ie est de distinctione. 12. partiū zodiaci celi stellati que. 12. signa dicūt ⁊ de eorundem influentijs ⁊ ꝓprietatibus in speciali.

Circa primuꝫ igit caplm scđe dr̄ie notādū ꝙ zodiacus celi stellati diui dit in. 12. ꝑtes q̄. 12. signa di cūtur. ⁊ est ꝑmū signū aries. scđꝫ taurꝰ. ⁊ sic de singulis. ⁊ dr̄ zodiacꝰ a zoe grece qđ est vita latine q2 sub ipso incedūt. 7. planete qbus vna cū zodiaco influit virtꝰ et vita viuētibꝰ supra terrā. ⁊ est notandū ꝙ ista 12. signa ꝑticipāt naturā quattuor elemētorū īflux iue ⁊ virtualiter. nō tñ formaliter: vt ver bi gratia signa arietꝪ ⁊ leonis ⁊ sagittarij sūt signa calida ⁊ sicca. Signa tauri. v̄ginis ⁊ ca pricorni sunt signa frigida ⁊ sicca ꝑ influentiā ⁊ sunt signa terrea hoc est hn̄t īfluentiā super ꝓprietatē terre. alia tria signa sūt aerea vt ge mini libra ⁊ aquariꝰ. ⁊ sunt calida ⁊ humida ī suis influētijs. alia vero tria signa zodiaci sūt aquatica ⁊ influūt in aqua vt cancer scorpio ⁊ pisces ⁊ sunt frigide ⁊ humide influentie.

Et idē est ꝙ signa q̄ ꝯueniūt in vna triplici tate dicūtur hr̄e cōcordiaꝫ. ⁊ iter planetas re gētes illā cōcordiam puta triplicitatis ignee tres planete dicūtur hr̄e dominiū. s. sol iupit et saturnꝰ. sol rōe caloris tꝑati ⁊ iste in die ma

gis hꝫ dn̄ium. iupit̄ de nocte rōne cōueniētie
caloris ꝑati ⁊ hūiditatis. saturnꝰ ꝑticipat cū
ambobꝰ tam de die ꝙ̄ de nocte ⁊ est tertiꝰ ibi
dn̄s. s. in triplicitate ignea. Scd̄a triplicitas ē
terrea tres hꝫ plāetas dn̄antes venerē de die
lunā de nocte martē cōem. Triplicitas aerea
tres hꝫ planetas rectores ipsiꝰ saturnū de die
mercuriū de nocte iouē participē. Quarta tri
plicitas q̄ dicit̄ aquea tres hꝫ silr̄ rectores ve
nerē de die martē de nocte lunam ꝑticipem.
¶ Hn̄tqꝫ sig̃ zodiaci diurnitatē et nocturnitatē
ħ ē aliq̄ sig̃ īfluūt plꝰ de die ꝙ̄ de nocte ⁊ mas
culitatē ⁊ feminitatē: vt verbi gr̄a icipiēdo a
signo arietꝭ aries est signū diurnū masculinū
taurꝰ nocturnū ⁊ femininū. signū geminorꝫ
diurnū ⁊ masculinū ⁊ sic ꝑ ordinē. 12. signorū
alternatim ꝓcedēdo. ita ꝙ pisces qđ ē signūꝫ
duodecimū ē nocturnū ⁊ femininū. est quoqꝫ
aries signū mobile. taurꝰ fixūꝫ. gemini cōe. ⁊
sic ꝓcedēdū ē in alijs signis ſꝑ tribus istas de
noīatōes eis fm̄ ordine nūc expssūꝫ attribuē
do. Et est signū orietale aries. taurꝰ meridiōa
le. gemini occidētale. cancer septētrionale. ⁊
sic suo modo ꝓcedendū est in ceteris suo ordi
ne. Et dicūt̄ signa mobilia q꞉ influētie eoꝝ tā
ꝓ tꝑe ꝙ̄ pro alijs effectibꝰ faciliter mutātur.
⁊ opposito modo de fixis: ſꝫ cōia sunt q꞉ dua⸗
bus figuris in celo figurātur ⁊ rōne prime fi⸗
gure ꝑticipant in stabilitate cū signo p̄cedēti
et rōne scd̄e ꝑticipant cum mobilitate signi se
quētis. Et signa ignea sunt orietalia. terrea.
meridionalia. aerea. occidentalia. ⁊ aquatica
septētrionalia. ¶ Distinxit itaqꝫ deꝰ zodiacū
in. 12. partes ⁊ astrologi ꝑ istam viā considera
uerūt nec reperit̄ alter nūerꝰ maxime in infe⸗
riorib̄ rebꝰ in tāta ꝑfectōe sicut est iste nūerꝰ
duodenariꝰ in q̄ nūero sunt ꝑtes aliquote fa⸗
ciētes suū totū ex mlt̄itudine: vt v̓bi gr̄a. bis
sex faciūt suū totū. s. duodenariū numerū. ter
q̄ter. 12. Sexties duo silr̄ faciūt. 12. ⁊ vbicūqꝫ
est ꝑs aliquota nūeralis istius numeri duode
narij p̄ōt resultare ex illo nūero ꝑ multiplica⸗
tionē nūerꝰ iste duodenariꝰ. ⁊ inde fundātur
aspectꝰ in zodiaco vt oppōnis q̄ sunt. 6. signa
media ꝑs zodiaci rōne multiplicatōis de bis
sex. Trinꝰ aspectꝰ rōne multiplicatōis de tri⸗
bus in quattuor. et rōne multiplicatōis econ⸗
uerso facte ꝓuenit aspectꝰ q̄dratꝰ: ſꝫ sextilis
aspectꝰ rōne multiplicatōis de. 6. in bis. quiqꝫ
nō sunt ꝑs aliquota istꝰ nūeri duodenarij: q꞉
aliquotiēs sūpta nō p̄t reddere suū totū ade⸗
q̄te ⁊ sic de vno: q꞉ nō est nūerꝰ: ſ dūtaxat p̄n
cipiū numeri. ita ꝙ nō cadat aspectꝰ celi iter
arietē ⁊ taurū. ſ bene inter arietē ⁊ geminos
⁊ sic de alijs aspectibꝰ. ¶ Diuiditurqꝫ zodiacꝰ
in. 2. medietates vna est a p̄ncipio arietꝭ vsqꝫ
ad finē virginis ⁊ vocat̄ septētrionalis eo ꝙ
est declinās ab eq̄noctiali versus polū articū
q̄ est septētrionalis. ⁊ est medietas calida q꞉
sol nobis sub ipsis plꝰ vicinat̄. nā tota nr̄a ꝑs
terre habitabil' est sub illa ꝑte. Et sicut zodia
cus diuisus ē in. 12. ꝑtes q̄ signa dicūtur. Ita
quodlibet signū diuidit̄ in. 30. ꝑtes q̄ gradus
appellant̄. ⁊ sic ꝑ multiplicationē. 12. ꝑ. 30. re⸗
sultant. 360. gradꝰ in longitudine ⁊ vnusq̄sqꝫ
gra. diuidit̄ in. 60. q̄ minuta vocātur. ⁊ iterūꝫ
minutū in. 60. que. 2ª. vocant̄. ⁊ sic suo modo
de tertijs ⁊ quartꝭ ⁊ alijs fractiōibꝰ est suo mo
do censendū. ¶ Signa sex a principio cācri
vsqꝫ in finē sagitarij dicunt̄ directa. q꞉ directe
ascendūt supra terrā qn̄ oriūtur ⁊ q꞉ mora or
tus ipsorū supra terram longa est. ideo cum
ipsis plusq̄ medietas circuli eq̄noctialis orit̄
anteq̄ penitꝰ oriātur. ⁊ dicit̄ hec medietas di
recta et ꝑfecta et alia medietas dicta ē oppo⸗
sita rōne obliqua seu torta ⁊ iperfecta. Diui⸗
sio etiā zodiaci penes q̄dras primā quā cōsti
tuūt tria prima signa. s. aries. taurꝰ. gemini di
cit̄ orietalis calida ⁊ hūida sāguinea. eiqꝫ at⸗
tribuit̄ p̄ma etas hoīs. s. īfantia seu adolescē
tia tꝑs qꝫ veris. Scd̄a ꝯstituit̄ ex tribꝰ signis
sequētibꝰ ⁊ est calida ⁊ sicca colerica eidē at⸗
tribuit̄ etas. 2ª. s. iuuētus ⁊ tp̄s estatis. Et sic
tertia quā ꝯstituunt tria sequētia signa est fri
gida ⁊ sicca melancolica eiqꝫ attribuit̄ autū⸗
nus cū tertia etate ꝑfecti hoīs stantis in p̄nci⸗
pio decliuij qđ est seniū. ⁊ vltima cōstituta ex
vltis tribꝰ signis ē frigida ⁊ hūida fleumati⸗
ca eiqꝫ attribuit̄ hyemis cū vltima etate. s. se⸗
necture. Sil'r est de. 24. horis diei naturalis
quarū. 12. iequales sunt in die totiđ in nocte
prima est masculina. ⁊ sic cōsequēter vsqꝫ ad
finem. 24. horarū diei ⁊ noctis. sic quoqꝫ pri⸗
ma quarta diei que incipit ab ortu solis conti
nens sex primas horas vsqꝫ ad meridiem in⸗
clusiue vocatur orientalis sanguinea calida ⁊
humida. eiqꝫ attribuitur ver et prima etas. ⁊
sic deinceps eo modo quo supra de quadris
zodiaci dictum est. sic etiam prima quadra ce
li ab ascendente in medium celi est quadra

oriētalis ⁊ sic deinceps eo modo quo dictum est de quadris predictis: ⁊ est ascendens sanguinea masculina eiq; attribuit̃ ver. Scđa q̄ est a medio celi vsq; ad lineā occideñ. est meridiōal' femina descēdens. Tertia a linea occideñ. ad lineam medie noctis que vocat̃ angulus terre. occidentalis est masculina ascendens. vltima dicit̃ septētrionalis femina recedēs. Item media pars celi q̄ est supra terrā vocata hemisphera dextra nomiatur ⁊ est masculia. ⁊ illa q̄ est subt' terrā vocata hemisphera est sinistra ⁊ feminina. partes quidē celi nō dicūtur pñtes in ꝑtibus mūdi neq; masculine neq; feminine sic essentialit̃ sicut. 12. signa et. 24. hore diei: sed accidētaliter q2. 4ª celi masculina ex motu celi transformat̃ in feminā femininaq; in masculinā. etiā masculini planete accidētaliter trāsformāt̃ in ꝯriū sexū sc3 in femeninū qñ videl3 sūt in quadra celi femina aut in signo feminino: ⁊ sic suo modo ecōuso. ꝓportionabil'r qñ planeta masculin' est in quadra celi masculina in signo masculino. ⁊ planeta feminin' in quadra feminina et in signo feminino virtutē sui sexus habet duplicatā ⁊ sic fortificatur. ⁊ sic signū masculinū qñ est in quadra celi feminina seu in loco feminino tunc debilitatur ⁊ fit femininū: ⁊ sic de feminino in. 4ª. masculina ⁊ loco masculino. Item sciendū est ꝙ mediū celi ꝑgens a linea meridiana ad orientē in lineā medie noctis dicitur ascēdens alt'a medietas ꝑgens a media nocte ꝑ occidentē remeando ad lineā meridionalem dicit̃ descendens.

Argumentū scđi ca. scđe dñe.

¶ Secūdū ca. ē de nūero ⁊ ordine stellarū ⁊ imaginū visibiliū stellati celi tā i ꝑte septētrionali ꝙ meridionali iuxta dicta sapiētis ptho'. 8°. almagesti ⁊ illustris Alphōsi regis castelle.

Circa doctrinaʒ

numeri ⁊ ordinis stellarū ⁊ ymaginū visibiliū celi stellati: que ymagines ⁊ stelle longo tꝑe sunt ꝯsiderate ab astrologis manētib' in multis regionib' terre habitabilis ⁊ maxime in ciuitate arim noiata et patria indie ⁊ ꝑ cōpositores tabularū cuius modi fuerunt Nemphrot Hermes ycon:mus Ptho' Albategni Albumasar Algorism'. Inter istos a quo ampliorē scientiaʒ habem' de noticia astrologoꝝ et de influētijs ꝯtingēter dependētibus est ptho'. qui in ꝑtibus egipti et in rodo insula suas obseruauit calculationes ⁊ motus stellarū ⁊ planetarū ad illas regiones cōposuit ⁊ dictauit. et circa hoc considerauit octauo sui almagesti .i. maioris libri ꝑfecti ponēs nūerū stellaꝝ q̄ faciūt ad ꝓpositū astrolabioruʒ ⁊ alioꝝ instrumentoꝝ practice artis astrologie. ⁊ in numero totali stelle maioris apparētie ⁊ maioris influētie sunt. 1022. quas describit ptho'. per magnitudines tam in parte meridiana ꝙ in ꝑte orbis. 12. signorū ꝙ etiā in ꝑte septentrionali. exēpli grā de ꝑte meridiana in magnitudine ꝑma sunt stelle. 7. in scđa magnitudie sūt stelle. 18. in tertia magnitudie. 63. in. 4ª. 64. in. 5ª. 154. in. 6ª. 9. ⁊ nebulosa vna. ⁊ in nūero isto stelle partis meridiane sunt. 316. de quibus est cōis doctrina inter ꝑitos astrologos. ⁊ per istā viam ꝓcedit de stellis maioribus zodiaci ꝑ magnitudines ⁊ stelle in orbe signoꝝ tam ille que faciūt formas animaliū zodiaci stellati celi ꝙ ille stelle que nō sunt in forma sed sunt circa formas ⁊ ymagines animaliū zodiaci ⁊ ꝑticipant influētiaʒ orbis zodiaci ⁊ cōnumerant̃ cū stellis zodiaci ⁊ sūt in numero. 346. stelle aūt maioris partis septētrionalis tam ille que faciūt formas ymaginum ꝙ ille que sunt extra formas sunt in nūero. 360. ⁊ sic in numero totali stelle maioris apparētie de q̇bus est nobis tradita aliq̄ doctrina sunt. 1022. Multe sunt alie stelle visibiles que nō ingrediūtur istū numerum

¶ Et in isto caplo est notandū ꝙ in toto stellato celo sunt. 48. ymagines ad instar animaliū de quib' ymaginib'. 15. sunt in parte meridiana. 12. in via solis ⁊ planetaruʒ. 21. a parte aquilonari seu septētrionis de quib' ymaginibus ⁊ stell' maiorib' Alphonsus illustris rex castelle tꝑe suo verificauit latitudines stellarū a via solis ecliptica: seu a via equinoctiali cū instrumētis magnis. vt verbi grā stella q̄ vocat̃ aldebaran seu ocul' sinister tauri ei' lōgitudo est in signo tauri. 27. g̃. et. 47. minut̃. eius latitudo a via ecliptica fuit tꝑe Alphōsi 5. g̃. et. 10. minut̃ versus meridiē qua verificatione vtūtur ꝓ maiori ꝑte moderno tꝑe astrologi in suis astrolabijs ⁊ quadrantib'. ⁊ sic de alijs stellis fixis q2 nō habēt aliā verificationem stellarū veriorē. ⁊ bene eēt expediēs moderno tꝑe stellas magnas ꝑ instrumēta debita ⁊ ꝓpria verificare q2 de. 100. in. 100. ānis de

berent verificari quia sphera stellata mouet gradu vno versus oriente in centũ annis solaribus: ⁊ qꝛ nõ habet plena verificatio taliũ defectus est in kalendarijs cõsiderãdo tẽpora magna que fluxerunt a iulio cesare: defect⁹ alter ẽ in speculatiua astronomie ⁊ ꝑ ꝯseqñs in practica iudiciaria de toto tẽpore ꝑ centuz annos a verificatione alphonsi regis castelle ⁊ satis puto istã verificationẽ sphere stellate esse semꝑ ꝓpriã apud sarracenos ⁊ indos et alios qui vtunt multũ astrologia ⁊ sũt ꝙplurimi periti in eadẽ: ⁊ maxime aliqui pncipes eorum cũ seruitorib⁹ scientificis in arte astroꝝ ⁊ si tale opus ⁊ studiũ esset int principes christianoꝝ qñ a deo decorant pace prudentia et sanitate ⁊ bona volũtate laudabile esset ⁊ vtile eis ⁊ multis alijs ⁊ meli⁹ staret in talib⁹ potentib⁹: qꝛ habẽt vnde possunt facere sumpt⁹ ⁊ paupes clerici q̃ nõ habẽt reddit⁹ talia magna non possunt facere dato ꝙ habeãt scire ⁊ velle qꝛ nõ habent posse ⁊ pncipes decorati pace ⁊ alijs requisitis deberent in talib⁹ occupari nisi vacarent deuotioni ⁊ diuine contemplationi que vita ⁊ via elegantioꝛ ⁊ fructuosioꝛ incõparabiliter cuiuscũq꜄ speculatõne scientie est. ¶ Veniẽdo ad declarationẽ imaginum ⁊ stellarũ magnarũ ꝑtis meridiane. In q̃ ꝑte. Prima est cete q̃ dr̃ bellua marina cui⁹ imaginis stelle sunt vigintidue. Secũda imago est orionis qui dr̃ audax ⁊ habz stellas trigintaocto. Tertia dicit imago fluuij magni ⁊ ꝯtinet stellas trigintaq̃ttuoꝛ. Quarta imago est leporis ⁊ ꝯtinet stellas i figura duodecim Quinta dicit imago canis ⁊ ꝯtinet stellas in forma aialis octodeci. Sexta imago ẽ algomeysa imago venatoris ⁊ ꝯtinet stellas vndecim in capistro seu ligatura canis extra formã sunt stelle due. Septima dr̃ imago nauis magne ⁊ continet stellas nũero q̃dragintaq̃nq꜄ Octaua imago ẽ ydre serpẽtis ⁊ ẽ serpẽs serpentũ ⁊ cõtinet stellas vigintiq̃nq꜄ circa formam serpẽtis: ⁊ extra formã serpẽtis sũt stelle due. Nona dr̃ imago vocis ⁊ cõtinet stellas septẽ. Decima dr̃ imago corui ⁊ ꝯtinet stellas septẽ. Undecima imago dr̃ cẽtauri cui⁹ pars anterioꝛ ẽ ad formã hois ⁊ pars posterioꝛ ad formã eq̃ ⁊ ꝯtinet stellas trigintaseptẽ. Duodecima dr̃ imago lupi ⁊ cõtinet stellas nouẽdecim. Decimatertia dicit imago laris quasi claritas ignis ⁊ ꝯtinet septẽ stellas. Decimaquarta vocat imago corone ⁊ cõtinet stellas tredecim. Decimaquinta vocat imago piscis ⁊ continet stellas vndecim. circa imaginem piscis sunt stelle sex q̃ nõ sunt in forma piscis ⁊ sic in nũero totali magnarũ stellaruz partis meridionalis sunt q̃ndecim imagines ⁊ stelle magne tã in forma aialiũ ꝙ extra formã. 316. ⁊ iste est ornat⁹ cõis nobis notus partis meridionalis. ¶ Viso de ornatu celi stellati in parte meridiana vidẽdũ est ꝯsequent de ornatu orbis duodecim signoꝝ ⁊ eius imaginib⁹ ⁊ de numero magnarũ stellarũ circa quã materiã notandũ est ꝙ ista pars celi duodecim signoꝝ est fortioris influentie alijs duab⁹ partib⁹ celi qꝛ eius influentia fortificat per incessum septem planetarũ sub isto circulo zodiaci q̃ sũt duodecim signa celi: ⁊ licz in zodiaco sunt imagines alique duplices vt gemini sagittarius virgo ⁊ pisces tamẽ hic in ista nũeratione nõ numerant nisi in vno signo ⁊ ꝓ vno signo licz imago sit duplex. Et est sciendũ ꝙ signũ arietis seu imago celi arietis habz tredecim stellas in forma aialis: ⁊ quinq꜄ stellas extra formã arietis ⁊ circa arietẽ participãtes naturã eius. Signum tauri habet trigintaduas stellas in forma aialis ⁊ vndeci stellas circa formã tauri. Signum geminoꝝ habet octodeci stellas cõponẽtes formã duoꝝ fratrũ ⁊ septẽ stellas circa formã. Signum cancri habz vndecim stellas in forma aialis ⁊ q̃ttuoꝛ stellas circa formã suã. Signum leonis habz in forma vigintiq̃nq꜄ stellas ⁊ octo stellas circa formam suã. Signum virginis habz vigintitres stellas in forma signi ⁊ sex stellas extra formam suã. Signum libre habet octo stellas in forma sua ⁊ nouem stellas circa formã suam. Signum scorpionis habz. 21. stellas in forma sua ⁊ tres extra formã. Signũ sagittarij habz 31. stellas. Signũ capricorni habz. 28. stellas Signum aquarij habz. 42. stellas in forma ⁊ tres stellas extra formã ⁊ circa signũ piscium habet trigintaq̃ttuoꝛ stellas in forma amboꝝ piscium ⁊ in cathena ⁊ q̃ttuoꝛ extra formã: ⁊ numer⁹ totalis magnarũ stellarum est. 346. stelle que sũt stelle maiores orbis signoꝝ. Et nota ꝙ in orbe signoꝝ sunt alie stelle parue numero. 600. que stelle nõ ingrediunt istum numerum superiorẽ qui est numerus. 346. stellarum. ¶ Circa vero imagines ⁊ stellas magnas partis septẽtrionalis notandum est ꝙ

imagines sunt.21.⁊ stelle sunt.360.que ingre diuntur istum numerū. Prima imago dicitur vrsa minor ⁊ continet septē stellas. Secūda imago dicitur vrsa maior ⁊ continet viginti septem stellas. Inter vrsam maiorē ⁊ minorem est vna magna stella que nō est in forma. Tertia dicitur imago draconis magni ⁊ continet trigintaduas stellas. Int̄ vrsam maiorē ⁊ draconem sunt octo stelle extra formam dictarum imaginū. Quarta imago vocatur inflāmatus ⁊ cōtinet vndecim stellas. extra formam sunt due stelle magne. Quinta imago vocatur vociferans ⁊ continet vigintiduas stellas. Sexta imago vocatur audiens ⁊ continet duas stellas. Septima imago vocatur corona septemtrionis ⁊ continet octo stellas Octaua imago vocatur saltator ⁊ continet viginti octo stellas. extra formam est stella vna Nona imago dicitur vultus cadens ⁊ continet decem stellas. Decima imago vocat̄ gallina ⁊ continet septēdecim stellas circa imaginem galline ⁊ extra formam sunt stelle due Undecima dicitur imago hominis habētis palmam dilibutam ⁊ continet tredecim stellas. Duodecima imago dicitur deferēs caput algol ⁊ est imago hominis carnificis deferētis in manu sua p̱ capillos caput hoīs decapitati cōtinens vigintisex stellas sequentes caput algol ⁊ sunt tres stelle extra formā. Decimatertia imago vocatur coralū ⁊ continet quattuordecim stellas. Decimaquarta vocat̄ lator serpentis seu homo serpentariꝰ ⁊ continet vigintiq̄ttuor stellas extra formā sunt stelle q̄nq̄ q̄ nō sūt de nūero imaginis. Decimaq̄nta vocat̄ imago serpētis ⁊ cōtinet octodecim stellas. Decimasexta vocatur imago balahane ⁊ cōtinet q̄nq̄ stellas. Decimaseptia imago vocat̄ aquila volans ⁊ est imago magni honoris ⁊ magne influētie in virtute ⁊ cōtinet septē stellas. extra formā aquile sūt stelle sex participantes naturā stellarū aquile ⁊ cōueniūt in cōditione ⁊ ꝓprietate influentie cū ioue. Decimaoctaua vocat̄ delphin ⁊ continet stellas decē. Decimanona vocat̄ imago equi prioris ⁊ cōtinet stellas q̄ttuor. Uigesima vocat̄ imago equi secūdi seu equi maioris ⁊ cōtinet stellas viginti. Uigesimaprima imago vocat̄ mulier cōcathenata q̄ nō vidit virum seu maritū ⁊ ꝯtinet stellas vigintitres circa illā partē sūt q̄ttuor stelle q̄ vocant̄ stelle trianguli q2 stelle tres sunt in tribꝰ angulis ⁊ vna stella in medio triū angulorum ⁊ participant iste q̄ttuor stelle naturam saturni. ¶ Ex his igit̄ clarescere pōt q̄ stelle habētes magnitudinē fm numerū totalē sunt.1022. ⁊ de nūero stellarū nō est taugulca.i.cometa cū sit de natura elementari licȝ reguleт̄ tam in motu q̄ꝫ in significatōe a corpe celesti vnde causatur. Dicit nāq̄ albumasar q̄ aduentꝰ igniū ⁊ stelle comete maxime est in dominio martis cū fuerit in ꝯiunctiōe cū ioue ⁊ habȝ cometa ꝓ materia ignē ⁊ aerē: ignē ab influētia martis: aerē ab influētia iouis. Istud capitulum valet vtentibꝰ instrumentis astrologorum ad habēdū horas ⁊ mēsurā tp̄is p̱ stellas maiores q̄ noiant̄ in astrolabio vel in q̄drāte cōpleto.

Argumentū tertij cap̄. secūde differētie

¶ Tertiū cap̄. est de gradibꝰ lucidis ⁊ tenebrosis ⁊ de alijs cōditionibꝰ graduū zodiaci per modū tabule ordinantis.

Circa declarationē istiꝰ tertij capituli notandum est fm doctrinā theologorum q̄ celū nō est eq̄lis virtutis nūc sicut in p̄ncipio creatōis rerū teste mgr̄o sententiarū in.4°.dist.48.ca.fi. vbi ponit expresse q̄ lux solis ⁊ lune ⁊ aliorum sydeꝝ ꝑcussa fuit ⁊ minorata ꝓpt̄ pctm̄ p̄mi hoīs. Lucebant eīm ante pctm̄ p̄mi hoīs septē vicibꝰ plꝰ q̄ꝫ modo luceāt: ⁊ sic claritas lune erat vt nūc est claritas solis. ⁊ veniēte dn̄o ad iudiciū recuperabit̄ claritas solis ⁊ lune ⁊ sydeꝝ eo modo quo fuit in p̄ncipio creatiōis rerū. Sepe in sacra scriptura ⁊ in textu moysi deꝰ comminat̄ pplo rebelli se daturū celū ferreū hoc est influētias nō ꝓpicias viuētibꝰ sup̱ terram ⁊ circa istā positōnē imaginādū ē de gradibꝰ celi tam celi stellati q̄ꝫ none sphere qui nūero totali sūt.360. sub quibꝰ gradibꝰ incedūt planete. Unū nō est imaginādū q̄ in p̄ncipio creationis fuissent illi gradꝰ tenebrosi vacui puteales ⁊ gradꝰ qui dicunt̄ azemena qui sūt gradus debilitatiōis corporum ⁊ p̄uatiōis mēbrorum aut organorum operū: vt cecitas surditas claudicatio aut q̄uis alia mēbrorū mutilatio que q̄ꝫdiu hō vixerit secū habebit. Cum igit̄ luna fuerit sub his gradibꝰ aut p̄ncipalis significator hoc ē planeta habēs influētiā p̄ncipaliorem sup̱ corpꝰ nati influit sepe licȝ ꝯtingēter

debilitationē membroꝝ aut priuationē vt dictum ē: verū si planeta qui habet principalē influentiam sit in domo ꝓpria ⁊ orientali a sole ⁊ in aliquo āgulo celi dato ꝙ sit sub gradu azemena eius impedimentū nō est tm̄: nec ꝓpe acsi esset planeta masculinus occidētalis cadens ab angulis sub gradu azemena. Est ergo imaginatio ꝑsentis capituli ꝙ oēs isti gradus debilis influētie seu maligne influentie fuerunt percussi post pctm̄ primi hominis ⁊ sic deus vult eos manere in celo ad exercitiū ⁊ ad punitōnē nature. qui voluerit acquiescere huic opinioni seu vie acquiescat q: nō video impedimentū ex parte veritatis qui nō voluerit non cōstringatur quia non est veritas nobis necessaria ad credendū: ⁊ in isto capitulo sūt ordinande parue tabule graduū in quibus tangentur gradus masculini ⁊ feminini: gradus lucidi ⁊ tenebrosi: gradus vacui ⁊ puteales ⁊ gradus azemena ⁊ gradus augmetantes fortunā: ⁊ aliquādo potest esse ꝙ idem est gradus augmentans fortunam ⁊ gradus azemena augmentans fortunā in bonis temporalibus ⁊ influens ad debilitatione corporis ratione gradus qui dicitur azemena: vt exēpli grā. ii. geminoꝝ vnde quādoqꝫ accidit vt idem homo sit surdus vel claudus ⁊ tamen opulentus in diuitijs. ista patent in ordine tabularum paruarum inferius descriptarum.

Tabula graduum masculinoꝝ ⁊ femininorum.

Aries	mas	8	fe	1	mas	6	fe	7	mas	8		
Taurus	fe	5	mas	6	fe	6	mas	4	fe	3	mas	6
Gemini	fe	5	mas	11	fe	6	mas	4	fe	4		
Cancer	mas	2	fe	6	mas	2	fe	2	mas	11	fe	7
Leo	mas	5	fe	3	mas	7	fe	8	mas	7		
Virgo	fe	8	mas	4	fe	8	mas	10				
Libra	mas	5	fe	10	mas	5	fe	7	mas	3		
Scorpius	mas	4	fe	10	mas	3	fe	8	mas	5		
Sagittarius	mas	2	fe	3	mas	7	fe	12	mas	6		
Capricornus	mas	11	fe	8	mas	11						
Aquarius	mas	5	fe	10	mas	6	fe	4	mas	2	fe	3
Pisces	mas	10	fe	10	mas	3	fe	5	mas	2		

Tabula graduū tenebrosoꝝ: lucidoꝝ: fumosorum: ⁊ vacuorum.

Aries	te	3	lu	5	te	8	lu	4	va	4	lu	5	va	1
Taurus	te	3	lu	4	va	5	lu	3	va	5	lu	8	te	2
Gemini	lu	4	te	3	lu	5	va	4	lu	6	te	5	va	3
Cancer	lu	12	te	2	va	4	fu	2	lu	8	va	2		
Leo	te	10	fu	10	va	5	lu	5						
Virgo	te	5	lu	3	va	2	lu	6	fu	6	va	5	te	3
Libra	lu	5	te	5	lu	8	te	3	lu	6	va	3		
Scorpius	te	3	lu	5	va	6	lu	6	fu	2	va	5	te	3
Sagittarius	lu	9	te	3	lu	7	fu	4	lu	7				
Capricornus	te	7	lu	3	fu	5	lu	4	te	3	va	3	te	5
Aquarius	fu	4	lu	5	te	4	lu	8	va	4	lu	5		
Pisces	te	6	lu	6	te	6	lu	4	va	3	lu	3	te	2

	Tabula graduū puteoꝝ						Azemena.				ꝛ augmentantiū fortunam.				
¶ Aries	6	11	19	23	29		19								
¶ Taurus	5	13	18	24	25	26	3	15	27	30	6	7	8	9	10
¶ Gemini	2	12	17	26	30		11	1							
¶ Cancer	12	17	23	26	30		1	3	14	15	7	9	vsq3 15		
¶ Leo	6	13	15	22	23	28	2	5	7	10	19	27		28	
¶ Virgo	8	13	16	21	25		3	13	20	30					
¶ Libra	1	7	20	23	30		3	5	21	24					
¶ Scorpi⁹	9	10	17	22	27		7	12	18	20	19	29			
¶ Sagittari⁹	7	12	15	24	27	30	13	20			1	7	18	19	
¶ Capcorn⁹	2	7	17	24	28		13	14	20	24	26	27	28	29	
¶ Aquari⁹	12	17	24	29			7	16	17	20	28	26			
¶ Pisces	4	9	24	27	28		13	20							

¶ Masculini gradus dicunt̃ q꞉ fortiores sūt femininis ꝛ vir nat⁹ sub eis robustioris fortitudinis ē q̄ꝑ nat⁹ sub femininis ꝛ planeta masculin⁹ existēs sub eis fortioris est influētie q̄ꝑ sub femineis. ꝛ inde est ꝙ aliquādo mulieres sunt fortes ꝛ assimliant̃ viris in colore ꝛ sunt potētes ad labores. aliqui viri ecōtra sūt debiles ꝛ assimilant̃ mulierib⁹. De gradib⁹ masculinis ꝛ femininis aliqui considerauerūt aliter q̄ꝑ allabitius dicentes p̄mū gradū primi signi scꝫ arietis positū in loco impari esse masculinū ꝛ secundū positū in loco pari esse femininū: ꝛ sic deinceps vsq꞉ ad finē pisciū ita ꝙ vltim⁹ pisciū sic esset feminin⁹: sed figura superius descripta datur ꝟm allabitiū cuius via in hac materia est cōmunior. ¶ Lucidi grad⁹ de se influunt ad pulchritudinē rerū ꝛ ad serenitatē temporis: gradus tenebrosi econtra. Vacui gradus dicunt̃ illius influentie q꞉ opera que inchoant̃ sub eis cōmunit̃ sunt vacua ꝛ frustrata sine intento si planeta dominās sit sub eis maxime cadens ab angulis. ¶ Puteales gradus dicuntur per istam imaginationem quia quādo planeta est sub eis est q̄si in puteo. i. debilis influentie quoad virtutem caloris ꝛ quo ad alia opera vtilitatis ꝛ tamē cōmuniter quando planete superiores incedūt sub gradibus putealibus frigus augmentatur in aere. De gradibus augmentātibus fortunam hoc est censendū planeta existens sub eis habet influentiam augmentationis fortune nato vel inchoanti opus: si tamē sit capax ꝛ non sit aliunde impeditus. ¶ De gradibus azemena dictum est supra. Sunt et gradus fūmosi ꝛ sunt qui significāt verba vana ꝛ verba superbie ꝛ magne arrogantie.

Argumentū quarti cap. secūde differētie.

¶ Quartū est capituluꝫ de duplici motu celi ꝛ de quadruplici motu septē planetarum.

Celū itaq꞉ stel-

latum mouetur ab oriente in occidentem ꝛ econtra intra vigintiquattuor horas ꝛ iste motus dicitur esse violent⁹ vel raptus a philosophis aptitudine ꝛ motu ipius primi mobilis quod eodem tempore trahit secum celum stellatuꝫ ꝛ orbes septem planetarū ꝛ hoc imperio creatoris: ꝛ quia preter istum motum habet aliuꝫ motū videlicet ab occidēte in orientem ꝛ hoc in centum annis vno gradu qui motus a philosophis dicitur naturalis: celi vero septem planetarum cum ipsis planetis mouentur in die naturali ab oriente in occidentem girando de occidente in orientem in spacio eodem vigintiquattuor horarū: ꝛ iste p̄mus motus est nobis multū apparens. Secundus mot⁹ celorum septem planetaruꝫ est ab occidente in orientē: ꝛ iste dicitur motus eorum naturalis ꝛ in istis temporibus complent suas reuolutiones totales. vt verbi gratia. Saturnus qui est altior ceteris complet suam reuolutionem naturalē de puncto zodiaci ad eundem punctum reuertendo in triginta annis: ita ꝙ si sit nunc in principio arietis post triginta annos adequate nihil addito neq꞉ remoto perueniet ad eandem partem zodiaci. Et iupiter in duodecim annis ab occidente in orientem circuendo totū zodiacum. Mars complet suam reuolutionem in duob⁹ annis cū dimidio

ſol vero qui inter ceteros planetas mouetur
magis regulariter complet ſuam reuolutōnē
totalem zodiaci in vno anno qui annus redu
ctus ad dies ⁊ horas eſt.365. dierū ⁊ ſex ho-
rarum ⁊ iſta mēſura temporis dicit̄ annus ſo
laris: ⁊ de iſtis ſex horis in quattuor ānis cau
ſatur annus biſextilis. venus vero ⁊ mercuri
us qui ſunt inferiores ſole mēſurantur motu
ſolis in medijs motibus eorū ⁊ aux veneris
⁊ aux ſolis ſunt ſemper in eodem loco ⁊ mo-
uentur de puncto ad punctum in vno anno
ſol ari: luna vero in ſuis medijs motibus mo-
uetur de puncto ad punctū zodiaci in viginti
ſeptē diebus ⁊ octo horis cū aliquibus mi-
nutis horarū. necdum luna que in coniuncti
one precedente ſolis fuit cū ſole venit ad ſo-
lem quia ſol pertranſit in illo tempore quaſi
vnū ſignū zodiaci ⁊ expedit anteꝙ̃ luna veni
at ad ſolem iterū pro coniunctōe ꝙ peragret
illud ſpaciū zodiaci qđ ſol pertranſiuit a tem-
pore coniūctionis ita ꝙ luna a cōiūctione ad
coniūctionē plus habet de motu ꝙ̃ ſit totus
zodiacus. Et eſt notādū ꝙ luna ⁊ planete ali
quando mouent̄ verſus ſeptētrionē ⁊ aliquā
do verſus meridiē. ⁊ duplex eſt cauſa qꝛ opor
tet ꝙ planete inſequant̄ in motu ſuo motum
zodiaci: ⁊ zodiacus habet declinationē ⁊ con
ſideratur ei⁹ declinatio a linea equinoctiona-
li que eſt in capite arietis ⁊ libre: ⁊ eius decli
natio verſus ſeptētrionē eſt vigintitriū gradu
um cū dimidio groſſo modo menſurando ⁊
totidē graduū videlicet vigintitriū graduum
cum dimidio eſt declinatio zodiaci verſus me
ridiem: ⁊ eſt maxime ſolis declinatio quando
eſt in fine ſagittatij veniendo ad ꝑncipiū ca-
pricorni. ⁊ ita planete dicunt̄ aſcēdere vel de-
ſcendere verſus ſeptētrionē ⁊ meridiē. Ver-
bi gratia. Sol a principio arietis ſeu ab eius
capite vſq; ad caput cancri eſt ſiniſter aſcen
dens. ⁊ a capite crancri vſq; ad caput libre ē
ſiniſter deſcendens: ⁊ in tota alia parte aſcen
dendo ⁊ deſcendendo eſt planeta ſeptētrio-
nalis ⁊ dicitur eſſe fortior. ⁊ a libra vſq; ad ca
put capricorni dicit̄ ſol eſſe dexter: ⁊ deſcen-
dens a capricorno ad arietem dexter aſcen-
dens ⁊ in tota iſta medietate ē meridionalis
⁊ debilior. ſimili quoq; modo ſicut dictum eſt
de ſole ita intelligendū eſt de luna ꝙ ſcʒ ipſa
habet motus ad ſeptētrionē ⁊ meridiem ſi-
cut habet ad orientē ⁊ occidentē. vnde habʒ
quattuor mot⁹ ad ſeptētrionē ⁊ meridiem: ⁊
hoc in quolibet menſe lunari. nam luna a ca-
pite ſui draconis ad nonageſimū gradū eſt ſi
niſtra aſcendens ⁊ a nonageſimo gradu poſt
vſq; ad caudā draconis eſt ſiniſtra deſcendēs
a cauda autē draconis ad nonageſimū gradū
eſt dextra deſcendēs. ⁊ a nonageſimo gradu
poſt ſcʒ ad caput draconis eſt dextra aſcēdēs
Et nota hic de luna ꝙ quādo ipſa eſt ſiniſtra
aſcendens tunc eſt fortioris virtutis ꝙ̃ quan-
do eſt ſiniſtra deſcendens. ⁊ in parte ſiniſtra
que eſt ſeptētrionalis eſt fortior ꝙ̃ ſit in par-
te meridionali: ⁊ ſemꝑ aſcēdendo eſt fortior
ꝙ̃ deſcendēdo: ⁊ ita intelligat̄ de alijs plane-
tis. Et nota ꝙ quādo luna eſt in principio cā-
cri exiſtens ſiniſtra aſcendēs verſus nonage
ſimū gradū a capite ſui draconis eſt nobis ꝓ-
pinquior in iſtis regionib⁹ ꝙ̃ poſſit eſſe ⁊ ali-
quando cōtingit ꝙ eſt in cancro diſtans a ca-
pite ſui draconis per nonaginta gradus. Hic
eſt etiā notandū ꝙ iſti aſcenſus ⁊ deſcenſus
computant̄ pro vno motu eūdo ⁊ redeundo
videlicet verſus ſeptētrionē vel meridiē. Ex
his patet ꝙ luna mouetur ab oriente in occi-
dentem motu firmamenti ⁊ ecōuerſo motu ꝓ
prio ⁊ naturali ⁊ a linea ecliptica mouet̄ ver-
ſus ſeptētrionē veniendo iterū ad lineam ecli
pticā: hoc eſt ad principiū arietis ⁊ libre ⁊ a
linea ecliptica tendit ad meridiē aſcendendo
poſtea iterū deſcendēdo nō ceſſando ab iſtis
motib⁹ imperio creatoris. ¶ Nota circa hoc
ꝙ ſicut declaratū eſt de latitudine ⁊ motu lu
ne verſus ſeptēptrionē ⁊ meridiē: ita conſide
rauerūt aſtrologi ⁊ ſuper hoc fecer̄t tabulas
proprias de latitudinib⁹ quinq; planetarū ad
partē ſeptētrionalē ⁊ ad partē meridionalē
q̃tū videlʒ mouet̄ ſaturnus verſus ſeptētrio
nalem ⁊ quātū iupiter mars venus ⁊ mercu-
rius. Unde latitudo ſaturni verſus ſeptētrio
nem maior que eſſe poſſit eſt trium graduum
⁊ duorū minutorū: ⁊ latitudo eius maior verſ⁹
meridiē eſt triū graduū ⁊ quinq; minutorū. lati-
tudo iouis maior verſus ſeptētrionē eſt duorū
graduū ⁊ octo minutorū: totidē verſus meridi
em. latitudo martis verſus ſeptētrionē eſt q̄t-
tuor graduū ⁊.21. minutorū verſus meridiē eſt
ſeptē graduū ⁊ triginta minutorū. ſol autē nō
habet latitudinē niſi iam dictam ſuperius q̄
eſt declinatio ei⁹ ab equinoctionali. latitudo
veneris maior verſus ſeptētrionē eſt ſeptem

graduū ⁊.22.minutoꝝ versus meridiē est duorum graduū ⁊.20.minutoꝝ.latitudo mercurij maior versus septētrionē est quattuor graduum ⁊ quinq̄ minutoꝝ versus meridiē est duoꝝ graduū ⁊ triginta minutoꝝ.¶ Et nota hic ꝙ q̄to plus aliq̄s planeta eleuat̃ versus septētrionē in latitudine sua tanto est fortior:⁊ planeta qui habet latitudinē suā in septētrione ille est fortior illo qui habet eā in meridie.verbi gratia in coniūctiōe magna saturni ⁊ iouis que fuit anno dn̄i fluente.1425.completis triginta dieb⁹ augusti nouēdeci horis cū quinq̄ minutis hore saturnus fuit eleuatus supra iouem in parte septētrionis de aliquib⁹ gradib⁹ ⁊ fuit illa coniunctio mutata de triplicitate in triplicitatē videlꝫ de triplicitate aerea ad aq̄ticam:⁊ fuit facta ꝯiūctio i deciotertio gradu scorpionis cōpleti̾ duodecī gradib⁹ scorpiōis ⁊ trigitavno minuti̾.fuitq̄ facta in secūda domo celi.mars fuit in ascēdēte in decimosexto gradu libre quindecim gradibus.cōpletis ⁊ quadraginta minutis completis ⁊ septimus gradus libre fuit ascendēs celi super ciuitatē viennen̄.innuit̃ igitur ꝓpt̃ eleuationē saturni suꝑ iouē ꝙ ꝑtestas ecclesiastica in multis partibus opprimet̃ a tēporali potestate maxime in substātijs ecclesiasticis ⁊ effectus illius cōiunctionis non videt̃ per integrū euacuari ante q̄nquaginta annos quia fuit mutatio de triplicitate ad triplicitatē ⁊ longo tēpore fraudes ⁊ bella debent habere locum ꝓpter martem in ascendente.⁊ sunt hec dicta de illa magna coniunctione introducta solū ad introductionē intelligentie motus planetarū versus septētrionē ⁊ meridiē ⁊ latitudinis ⁊ eleuationis planete super planetam in eadem parte latitudinis.

Argumentū quinti cap̄.secūde dn̄e.

¶ Quintū cap̄lm de quinq̄ dignitatib⁹ ⁊ ꝓprie essentialib⁹ septē planetarū ⁊ de eoꝝ virtutibus ⁊ fortitudinib⁹.

S Ciendum circa declarationē p̄sentis capituli ⁊ ꝓ intellectōne ordinis celoꝝ figurā domoꝝ planetarū debere depingi in loco isto circa p̄sens capitulū vel in fine tractatus sed cōpetētius hic. Et est vlterius sciēdū ꝙ quinq̄ sunt dignitates essentiales septē planetarū q̄ vocant̃ essentiales fortitudines ⁊ quilibꝫ eoꝝ habet eas in locis sibi cōuenietibus:⁊ preter istas habent alias duas dignitates etiā essentiales min⁹ ꝑncipales.prima fortitudo ꝑncipalis de quinq̄ vocat̃ dom⁹.secūda exaltatio.tertia triplicitas.quarta termin⁹.quinta facies:ita ꝙ planeta in sua domo habꝫ quinq̄ fortitudines q̄ dicunt̃ quinq̄ virtutuꝫ testimonia:ſ in sua exaltatiōe seu regno habet q̄ttuor testimonia virtutū:in sua vero triplicitate habet tria virtutū testimonia:in suo aūt termino habet duo testimonia virtutū:⁊ in sua facie habet vnū testimoniū virtutis.Prima dignitatū essentialiū min⁹ ꝑncipaliū ipoꝝ planetarum vocat̃ dn̄atio hore.Secūda vo dn̄atio nouene.i.none partis vni⁹ signi qua maxime vtuntur astrologi indi:⁊ de istis duab⁹ dignitatib⁹ due tabule poni possunt ad ꝓpositū.vnde tabulā nouenarū ⁊ terminoꝝ ponūt circa finem capituli p̄sentis.Dominatio aūt hore siue tabula pōt assignari ꝑ iūcturas digitoꝝ manus diuidēdo diem artificialē in duodecī horas inequales similit̃ ⁊ noctē.vn̄ in prima hora regnat planeta a quo denominatur illa dies vt in die solis seu dn̄ico sol:⁊ ante meridiē regnant sex planete:⁊ post meridiē sex alij.⁊ ꝓcedēdū est ꝑin ordinē planetarū i hoc v̄su ꝯtētū.Sol ve.mer.luna saturn⁹ iupiter ⁊ mars.⁊ quādo numerus vintiquattuor horarū est complet⁹ per iuncturas reuertēdū est ad iuncturā p̄mā que denotat p̄mā horam diei imediate sequētis:⁊ incipiūt calculatiōes horarū istarū in ortu solis:⁊ circa hoc pōt assignari breuis tabula scripta in qua inchoatur a die sabbati:q2 saturnus est altior planetaruꝫ.Et nota ꝙ in die sabbati ante meridiē saturn⁹ iupit̃ mars sol ven⁹ mercuri⁹ habēt dominiū sex horarū eq̄lium vel ineq̄liū:⁊ post meridiē alij sex planete seq̄ntes.s.luna saturn⁹ iupit̃ mars sol ven⁹ habēt dominiū vsq̄ ad ꝑncipiū nocti̾ ⁊ a ꝑncipio nocti̾ vsq̄ ad mediā noctē alij sex planete ꝑ ordinē ⁊ a media nocte vsq̄ ad ortū solis diei sequētis alij sex planete per ordinem sequentes.⁊.xxv.planeta sequens est principium diei sequētis ⁊ dn̄s hore vt ptꝫ in tabula que immediate sequitur.

Tabula ad sciendum dominū hore.

Hore diei		Saturni dies	Solis dies	Lune dies	Martis dies	Mercurij dies	Jouis dies	Veneris dies	
1	15	♄	☉	☽	♂	☿	♃	♀	
2	16	♃	♀	♄	☉	☽	♂	☿	
3	17	♂	☿	♃	♀	♄	☉	☽	
4	18	☉	☽	♂	☿	♃	♀	♄	
5	19	♀	♄	☉	☽	♂	☿	♃	
6	20	☿	♃	♀	♄	☉	☽	♂	
7	21	☽	♂	☿	♃	♀	♄	☉	
8	22	♄	☉	☽	♂	☿	♃	♀	
9	23	♃	♀	♄	☉	☽	♂	☿	
10	24	♂	☿	♃	♀	♄	☉	☽	
11		☉	☽	♂	☿	♃	♀	♄	
12		♀	♄	☉	☽	♂	☿	♃	
13		☿	♃	♀	♄	☉	☽	♂	
14		☽	♂	☿	♃	♀	♄	☉	

De prima dignitate essentiali

¶ Considerandū igitur pro domoꝝ declaratione ꝙ cuȝ sol ⁊ luna fortiores sint alijs q̄nqȝ planetis ⁊ habent maiorē euidentiaȝ quoad generationes ⁊ corruptiones huius mūdi q̄ꝫ alij: iustum est vt habeāt digniores domos in duodeci signis: ideoqȝ cancer inter cetera nobis ꝓpinquior incipiens estatē dū ip̄m signuȝ intrat ⁊ cū hoc dicit̄ feminin⁹ nocturn⁹. luna vero inter stellas est nobis ꝓxima vicinior terre faciliusqȝ mouet̄ cū hoc frigida ⁊ humida feminina nocturna notificās rerū p̄ncipia. Ex ista similitudine antiq̊ sapiētes noīauerūt cācrum fore domū lune ⁊ leonē sequentē imediate esse domū solis ex hoc ꝙ calidus ⁊ siccus est masculin⁹ ⁊ diurn⁹ sicut sol ⁊ est medi⁹ signoruȝ estatis que sunt cancer leo virgo sicut sol ponit̄ in medio oīum planetarū. Rursus nāqȝ sol ⁊ luna dant rebus generationē ⁊ crementū iustū est ꝙ cancer ⁊ leo qui sunt signa estatis sint eoꝝ dom⁹: ⁊ q̄ capricorn⁹ ⁊ aquarius sūt signa hyemalia frigida: saturn⁹ eisqȝ silr̄s nā frigidus ⁊ sicc⁹ ꝯtrarius lumiarib⁹ scȝ soli ⁊ lune ⁊ ip̄oꝝ naturis: iustū ē ꝙ cap̄corn⁹ ⁊ aquari⁹ sint saturni dom⁹. Nā sūt signa opposita cācro ⁊ leoni: ita ꝙ aquari⁹ p̄ncipiū medietatꝭ celi vbi dn̄ium hȝ luna recte oppositū leoni. Cap̄corn⁹ vltim⁹ medij celi vbi sol dn̄at̄ respicit cancrū in oppositū. ⁊ q̄ dom⁹ saturni ꝯtrariant̄ ⁊ opp̄onūt̄ domib⁹ solis ⁊ lune: ideo dr̄ malign⁹ ⁊ aduersari⁹ ⁊ corruptor luminariū: ſ q̄ iupit̄ eo ꝙ significat tēperātiā nature ⁊ suus circulus est subtus ⁊ inferior circulo saturni domū suā capit sagittariū ⁊ pisces q̄ cōtrariant̄ domib⁹ saturni lȝ ꝓximiores sint int̄ ip̄os vel circa ip̄os ꝓut iupit̄ ē ꝓximior saturno ⁊ sibi aduersat̄ ſ dicte dom⁹ iouis silr̄s sūt domibus solis ⁊ lune ⁊ ipsas respiciunt trino aspectu q̊ dr̄ amicabilis: talit̄ ꝙ sagittari⁹ calidus ⁊ sicc⁹ respicit trino aspectu domuȝ solis scȝ leonē q̊ silr̄ dr̄ calidus ⁊ siccus. pisces vero frigidi ⁊ humidi etiā respiciunt trino aspectu domū lune scȝ cancrū frigidū ⁊ humiduȝ ⁊ hac de causa iupiter dicitur amic⁹ generās fortunaȝ solis ⁊ lune. Itē mars maliuolus ⁊ corruptor luminariū cui⁹ circul⁹ est subtus circulū iouis domū suā habȝ scorpionē ⁊ arietē signa ꝓxima circa domos iouis. Et sic mars excessiue est nature peruersus siccus ⁊ ardēs ⁊ aduersatur soli ⁊ lune: ⁊ est ipsorum effectuum corruptor. sic similiter domus ipsius martis aspiciunt quarto aspectu domum solis et lune: et dicitur ille aspectus peruersus taliter ꝙ scorpio qui dicitur frigidus ⁊ humidus respicit peruerse quarto aspectu leonem qui dicitur calidus ⁊ siccus: etiam aries qui est calid⁹ ⁊ sicc⁹ silr̄ respicit cancrū frigiduȝ ⁊ humidū. Itē ven⁹ fortunata ⁊ benigna cui⁹

circul⁹ est subt⁹ solẽ habet ꝑ domo taurũ ⁊ libram ꝑximiores circa domũ martis ⁊ respiciunt domũ solis ⁊ lune simili aspectu q̄ dr̄ sanꝫ amicabilis talit̃ ꝙ libra respicit simili aspectu leonẽ q̄ parti ei siſis ē nã cõueniũt in caliditate seu calore. simili aspectu respicit taur⁹ cancrum q̄ siſis ei est in vna q̄litate scꝫ frigiditate Ven⁹ aũt min⁹ est fortunata q̄ iupiter eo ꝙ ipi⁹ veneris dom⁹ pares sunt vna sola q̄litate domib⁹ solis ⁊ lune. dom⁹ v̄o iouis sunt ei similes bina q̄litate ⁊ ipas aspiciũt magꝫ amicabili aspectu q̄ faciat dom⁹ veneris. Sequitur mercuri⁹ domificãs in geminis ⁊ v̄gine q̄ sũt ꝓpinquiora signa circa domũ solis ⁊ lune: sũt vero signa cõmunia duoꝝ cursuũ ideo ꝯueniunt mercurio q̄ cũ fortunaꝫ beniuol⁹ est ⁊ fortunat⁹ ⁊ cũ ꝯuersis ꝯuersus ⁊ infortunatus ⁊ ex seipo tam parue q̄litaꝫ est ꝙ modo sicc⁹ modo humid⁹ ſm illi⁹ naturã cui sociat̃: ⁊ ē debilior q̄ ven⁹ beniuola. Et licꝫ dom⁹ iouis sint signa cõia duplici cursu sicut dom⁹ mercurij: nihilomin⁹ q꞉ sũt siſes domib⁹ solis ⁊ lune duplici q̄litate ⁊ ipas cernũt aspectu amicabili ori: ideo se nõ possunt variare neq̄ mutare de fortuna in fortunã neq̄ iupit̃ sed q̄libꝫ alioꝝ triũ planetarũ scꝫ saturn⁹: mars: ⁊ ven⁹ ꝑ sua domo habẽt vnũ signũ mobile ⁊ cõuertibile alterũ v̄o fixũ modo tali ꝙ saturn⁹ in p̄te celi media q̄ est ex luna cepit ꝑ domo aq̄riũ signũ fixũ ⁊ in p̄te celi q̄ est a sole cepit ꝑ domo capricornum q̄d est signũ mobile ⁊ ꝯuertibile ⁊ mars in p̄te celi q̄ est a sole cepit ꝑ domo scorpionẽ fixum ⁊ arietẽ mobilẽ ex parte celi q̄ ex luna est. ven⁹ quidẽ in parte celi q̄ est ex luna cepit taurũ fixũ ⁊ in parte celi que est ex sole cepit librã signũ mobile: ⁊ q꞉ sol ⁊ luna maiorem euidẽtiã habẽt in rebus hui⁹ mũdi q̄ ceteri planete ideo dominant̃ in duab⁹ celi medietatib⁹. Ideoq̄ q̄libꝫ alioꝝ q̄nq̄ planetarũ vnã suarũ domoꝝ habꝫ in medietate celi que est a sole in q̄ parte sol ꝑticipat in dominio cũ planeta dominãte in illa domo: in altera vero medietate q̄ a luna ē ⁊ in q̄ parte luna participat in dominio cum planeta dominãte in tali domo participant.

De secũda dignitate essentiali.

¶ Conseq̄nt̃ est videre de exaltatõe cui q̄ttuor alie dignitates accedũt: ⁊ est int̃ sapientes ꝯuersitas de ipa exaltatiõe. nã plures antiq̄rum dixerũt solũ aliq̄s grad⁹ esse planetarum exaltatõis sicut decimũnonũ gradum arietis dixerũt exaltationẽ solis. tertiũ gradũ tauri lune. tertium geminoꝝ capitꝭ draconis. tertiũ sagittarij caude draconis. decimũquintũ gradũ cancri iouis. Vigesimũoctauũ gradũ capcorni marꝭ. Vigesimũp̄mũ libre saturni. Vigesimũseptimũ piscĩũ veneris. Quidecimũ v̄gis mercurij. Humilitatẽ aũt ⁊ casũ dixert̃ planetas hr̃e in locis oppositis. Ptholome⁹ aũt totum arietẽ posuit solis exaltationẽ: ⁊ sic de singulis alijs signis respectu alioꝝ planetarũ ⁊ hanc viã cõiter obseruam⁹ t̄pe moderno: dando q̄ttuor dignitates essentiales planeꝭ. Ratione exaltatõis q̄d vnũquẽq̄ gradũ signi in quo exaltant̃ cõcedẽdo cũ antiquis ꝙ fortior exaltatio fit in gradib⁹ supradicꝭ q̄ in ceteris null⁹ aũt planetarũ exaltat̃ in leone scorpione ⁊ aquario.

De tertia dignitate essentiali.

¶ Dignitas tertia essentialis dicit̃ triplicitas cui tres succedũt fortitudines seu virtutũ testimonia ⁊ de triplicitatib⁹ sufficient̃ in ca. i. hui⁹ secũde differentie est facta declaratio.

De quarta dignitate essentiali.

¶ Quarta dicit̃ termin⁹ cui due accedũt virtutes seu fortitudinis testimonia. ⁊ est terminus illi⁹ nature cui⁹ nature ē suus planeta. ⁊ est notãdũ ꝙ dũtaxat q̄nq̄ planete terminos dicunt̃ hr̃e. nã sol ⁊ luna siſes essentiales fortitudines dicunt̃ hr̃e in duab⁹ celi medietatibus: sol i maiori q̄ est a p̄ncipio leonis sue domus vsq̄ in finẽ capricorni: ⁊ dr̄ maxima medietas ꝓp̄t ascẽsiones signoꝝ q̄ incipiũt a domunio solis q̄ sũt maiores ⁊ ē medietas solis q꞉ sol in ipa habꝫ p̄ncipatũ similẽ illi quẽ planete habẽt in suis terminis: ⁊ alia medietas q̄ est a p̄ncipio aquarij vsq̄ in finẽ cancri est medietas minima ⁊ ē medietas lune: ⁊ i ipsa talẽ hꝫ p̄ncipatũ q̄lẽ sol hꝫ in sua. Ergo sol ⁊ luna in dictis duab⁹ medietatib⁹ duo v̄tutuꝫ essentialiũ habẽt testimonia sicut planete i suis terminis. has duas virtutes sol ⁊ luna habent in duab⁹ celi medietatib⁹ dictis: eo ꝙ sol ⁊ luna sũt luminaria mũdi p̄ncipaliora ceteris planetis ipi mũdo ꝑsistentia. De terminis v̄o alioꝝ q̄nq̄ planetarũ ſm sentẽtiam ꝑximiorẽ sententie ptho¹. in quadriptito subseq̄uenter in modũ figure sñia illico subiũgetur.

De quinta dignitate essentiali.

¶ Vltima vero essentialis dignitas dicit̃ fa-

cies cui vnū virtutis succedit testimoniū cuiꝰ figure figura testimonioꝝ est annectēda: ⁊ est ꝯsiderandū ꝙ planetis existētibus in oppositis locis harū essentialiū dignitatū directe totidem essentiales debilitates succedūt: quotidem eis deberētur dignitates si essent in locꝭ harū essentialiū dignitatū. ¶ De nouenis.

¶ Istis igitur planetarum domibꝰ ⁊ eorum exaltationibꝰ ⁊ triplicitatibꝰ ex p̄dictis patefactis dn̄ationes nouenarū per modū tabule nunc sunt annectēde. Unde intellectꝰ tabule terminorum est ꝙ primi sex gradꝰ arietꝭ sunt termini iouis: ⁊ sex sequētes sunt termini veneris ⁊ sic deinceps: sed intellectꝰ tabule facierū est ꝙ .10. gra. arietis sunt facies martis: et aliȷ̄ decem sequētes sunt facies iouis. Intellectus tabule nouenarum infra patebit.

¶ Nota ꝙ quodlꝫ signū habꝫ nouē nouenas ex quibꝰ mars habet nouenā primā arietꝭ. venus scd̄am: ⁊ sic deinceps. Pro intellectu tn̄ tabule nouenarū est notandū ꝙ sapiētes indi diuiserūt quodlꝫ signū in nouē partes q̄s vocauerūt nouenas eo ꝙ quelꝫ cōtinet nonā partem vniꝰ signi. s. tres gradꝰ. ⁊ etiā partē vniꝰ videlꝫ. 20. minu. Prima itaqꝫ nouena arietis daẗ marti ⁊ mars ipsi dominaẗ. Secūda daẗ veneri ⁊ sic deinceps: vt patꝫ in figura subsequēti nouenarū. Et habet dn̄s nouene siliter sicut et dn̄s hore: vnam fortitudinem essentialem minꝰ principalem: dn̄s tn̄ hore preferẗ in fortitudine dn̄o nouene. Et sic si aliquis hoꝝ dn̄oꝝ duoꝝ sit in ascen̄. vel in aliquo angulo vel in domo rei quesite duplicaẗ ei fortitudo siue ad bonū siue ad malū. Exempli gratia si aliq̄s illoꝝ esset in domo mortis q̄ōne facta de morte validiꝰ esset indiciū mortis: ⁊ fortitudo dn̄i hore pōt esse sicut fortitudo dn̄i ascēden̄. verbi gratia si questio esset hora iouis ⁊ iupiẗ esset in virgine in opposito domꝰ sue scꝫ piscium: ⁊ virgo esset ascendēs tribuereẗ ioui dn̄o hore quasi virtus domus iouis scꝫ. 5. testimonioꝝ qꝛ dominus hore esset in ascenden̄.

Tabula nouenarum

	1	2	3	4	5	6	7	8	9
¶ Aries	♂	♀	☿	☽	☉	☿	♀	♂	♃
¶ Thaurus	♀	☿	☽	☉	☿	♀	♂	♃	♄
¶ Gemini	☿	☽	☉	☿	♀	♂	♃	♄	♄
¶ Cancer	☽	☉	☿	♀	♂	♃	♄	♄	♃
¶ Leo	☉	☿	♀	♂	♃	♄	♄	♃	♂
¶ Uirgo	☿	♀	♂	♃	♄	♄	♃	♂	♀
¶ Libra	♀	♂	♃	♄	♄	♃	♂	♀	☿
¶ Scorpius	♂	♃	♄	♄	♃	♂	♀	☿	☽
¶ Sagittarius	♃	♄	♄	♃	♂	♀	☿	☽	☉
¶ Capricornus	♄	♄	♃	♂	♀	☿	☽	☉	☿
¶ Aquarius	♄	♃	♂	♀	☿	☽	☉	☿	♀
¶ Pisces	♃	♂	♀	☿	☽	☉	☿	♀	♂

Tabula terminoꝝ sm̄ Ptholomeū: ⁊ egiptios.

¶ Aries	♃	6	♀	6	☿	8	♂	5	♄	5
¶ Thaurus	♀	8	☿	6	♃	8	♄	5	♂	3
¶ Gemini	☿	6	♃	6	♀	5	♂	7	♄	6
¶ Cancer	♂	7	♀	6	☿	6	♃	7	♄	4
¶ Leo	♃	6	♀	5	♄	7	☿	6	♂	6
¶ Uirgo	☿	7	♀	10	♃	4	♂	7	♄	2
¶ Libra	♄	6	☿	8	♃	7	♀	7	♂	2
¶ Scorpius	♂	7	♀	4	☿	8	♃	5	♄	6
¶ Sagittarius	♃	12	♀	5	☿	4	♄	5	♂	4
¶ Capricornus	☿	7	♃	7	♀	8	♄	4	♂	4
¶ Aquarius	☿	7	♀	6	♃	7	♂	5	♄	5
¶ Pisces	♀	12	♃	4	☿	3	♂	9	♄	2

Tabula terminoꝝ ſm Allabicium.

Aries	♃	6	♀	6	☿	8	♂	5	♄	5
Thaurus	♀	8	♂	3	☿	6	♃	8	♄	5
Gemini	☿	6	♄	6	♃	6	♀	5	♂	7
Cancer	♂	7	♄	4	♀	6	☿	6	♃	7
Leo	♃	6	♂	6	♀	5	♄	7	☿	6
Virgo	☿	7	♄	2	♀	10	♃	4	♂	7
Libra	♄	6	♂	2	☿	8	♃	7	♀	7
Scorpius	♂	7	♄	6	♀	4	☿	8	♃	5
Sagittarius	♃	12	♂	4	♀	5	☿	4	♄	5
Capricornus	☿	7	♂	4	♃	7	♀	8	♄	4
Aquarius	☿	7	♄	5	♀	6	♃	7	♂	5
Pisces	♀	12	♄	2	♃	4	☿	3	♂	9

Tabula facierum.

Aries	♂	10	☉	10	♀	10
Thaurus	☿	10	☾	10	♄	10
Gemini	♃	10	♂	10	☉	10
Ecaner	♀	10	☿	10	☾	10
Leo	♄	10	♃	10	♂	10
Virgo	☉	10	♀	10	☿	10
Libra	☾	10	♄	10	♃	10
Scorpius	♂	10	☉	10	♀	10
Sagittarius	☿	10	☾	10	♄	10
Capricornus	♃	10	♂	10	☉	10
Aquarius	♀	10	☿	10	☾	10
Pisces	♄	10	♃	0	♂	10

Argumentū ſexti capl'i ſcd'e dr'ie.

Sextū capl'in ē de quibuſdaȝ virtutib' accidētalibus ſeptē planetarū per quas influē tie eorum fortificantur.

Ires accidētales ſtellarū ſiue planetarū habētur multis modis. Primus eſt ꝙ ſtella ſeu planeta ſit in angulo vel in ſuccedēti aut ꝙ aſpiciat aſcendens. ſecūdus eſt quando planeta eſt in quadam ſua dignitate vtputa ſui gaudij: vt verbi gratia mercurius gaudet in aſcendēte. luna in tertia domo ab aſcēdeñ. Venus in quinta. Mars in ſexta. Sol in nona. Jupiter in vndecima. Saturnus in duodecima. Preter iſtum moduȝ gaudij planetarum eſt alter modus: vt verbi gratia ſol gaudet in triplicitate ignea. ſimiliter mars q2 conuenit complexioni ſue. Luna dicitur gaudere ſeu gratulari in triplicitate aquea. Jupiter et venus in triplicitate area. Saturnus in triplicitate terrea. Alter modus gaudendi eſt quando planeta eſt in dignitate amici ſui vel amice. verbi gratia. ponat' ꝙ iupiter ſit in tauro qui eſt domus veneris gaudet: quia eſt in domo amice ſue: et ſic deinceps. Eſt et alter modus gaudij planetarum qui dicitur eſſentialis: ⁊ eſt vt planeta ſit in altera domorum ſuaruȝ vt ſaturnus gaudet in aquario. Jupiter in ſagittario. Mars in ſcorpione. Ven' in thauro. Mercurius in virgine. Mercurius

etiam gaudet cum fuerit orientalis in signo geminoruꝫ. Etiam gaudet cum fuerit occidē talis in signo virginis. Rursus gaudet cum fuerit sub radijs solis non tamen combustus

¶ Unde combustio vocatur quando planeta est i radijs solis ad sextū gradū ante vel retro solem: sed dicitur esse sub radijs post sex gradus vsq; in quindecimū vel ante vel post et post sex gradus euadit combustioneꝫ. Preter istos modos gaudendi. est alter mod⁹ gaudendi vt planete diurni gaudent quādo sunt orientales a sole ⁊ nocturni ecōtra quādo sūt occidentales. similiter planete masculini diurni gaudēt in parte celi masculina: feminini in feminina. Mercurius est cōuertibilis cū omnibus. est enim masculinus cū masculinis et cum femininis feminin⁹. Planete masculini sunt saturnus: iupiter: mars: et sol. Feminini luna ⁊ venus. Mercurius cōuertibilis. Tertius modus fortuniorum accidētaliū est quādo planeta directus vel velox est in suo cursu Quartus modus est quādo planeta liber est a toto respectu aut coniūctione infortunata. Quintus quādo planeta est in loco concernē te ascendens et nō est in descēsu scilicet in opposito sue exaltationis: ⁊ etiam ꝙ nō applicetur planete stanti in suo descensu. Sext⁹ modus est quando planeta est receptus.

¶ Unde notandū ꝙ duplex est receptio: scꝫ maior et minor. maior est quādo vnus planeta iūgitur alteri per corpus aut per aspectum aut per applicationem et vnus eorū est in domo alterius vel in exaltatione que sunt maiores dignitates essentiales. tunc ille cui⁹ est domus vel exaltatio recipit alium quasi in suo hospitio. et hec receptio est perfecta ⁊ optima. et vbicunq; est talis receptio necessariuꝫ est vt fiat res vel significatio sequentiū ad bonuꝫ: et si aliūde deberet esse malum diminuit malum sicut accidit in figura celi facta sup principio egritudinis cuiusdaꝫ notabilis mercatoris ciuitatis vienn eñ. in qua domin⁹ domus mortis erat vna cum domino ascendentis in ascendēte: videlicet post ipsum ad tertium gradū: ita ꝙ ascendens erat domus domini ascendenꝭ. quare euasit ab egritudine. al's enim quia dominus domus octaue fuit in ascendeñ. et quia ipse iunctus erat domino ascendeñ. signuꝫ fuisset mortis. Receptio minor est que fit dum vnus eorum qui se aspiciunt est in aliqua de minoribus dignitatibus essentialib⁹ q̄ sunt triplicitas t'min⁹ ⁊ facies. Septimus modus est quādo planete masculini scꝫ saturnus: iupiter: et mars sunt orientales scꝫ dum de mane surgunt supra terraꝫ ante solem: nam tunc fortiores sunt. et planete feminini scilicet venus mercuri⁹ et luna quādo sunt occidētales scꝫ quando occidūt post solem. Octauus modus est quando planete masculini sunt supra terrā de die in signo masculino: et in quadra celi masculina: ⁊ de nocte sub terra in signo feminino: ⁊ planete feminini de die sunt subtus terram ⁊ in signo femi nino et de nocte super terram. Nonus est quādo planeta est et manet in signo fixo. Decimus est quādo est cum sole in eodem gradu infra. 16. minuta. imo per omnem aspectū planetarum ad solem quiuis planeta fortificatur si aspiciat solem. nō tamen bonificatur per omnem aspectū ad solem: quia per quartum aspectum et oppositum ad solem ipsorū influentia deterioratur: et quādo planete sic fortificati sunt cumulant bonū. et quādo planete fortificati sunt in dignitatibus bonorum planetarum minuitur malicia ipsorum. verbi gratia mars et saturnus si sint in primis duodecim gradibus pisciū qui sūt termini iouis diminuitur malitia ipsorum: et sic intelligitur de alijs dignitatibus planetarum bonorum puta de domo: exaltatione et sic de alijs.

¶ Considerandum circa presentis capituli declarationē de quibusdam accidētibus planetarum: quorum vnum est coniunctio et est quādo duo planete sunt in eodeꝫ gradu eiusdem signi: aspectus sunt quattuor: scꝫ oppositus q̄ est publice vel perfecte inimicicie. Quartus occulte et palliate inimicicie. Trinus perfecte amicicie. Sextilis medie amicitie. Aspectus qui fuerint retro fortiores sunt illis qui fuerint ante in eodem genere: et durant aspectus tantum ꝙtum radij. Ois planeta vsq; in finē orb sui luminis extendit radios suos. Unde orbis solis habet quindecim gradus ante et quindecim gradus retro. Orbis lune habꝫ duodecim gradus ante ⁊ duodeci gra. retro. Orbis saturni habet nouē ante: et tot retro. Orbis iouis nouem ante et tot retro: sicut saturnus. Orbis martis octo ante: ⁊ totidem retro. Orbis veneris sex añ ⁊ totid retro Mercurij aūt orbis habet. 7. ante ⁊ totideꝫ

retro. Et qn̄ planeta radios [illegible]ri⁹ ingreditur
tunc dicit̃ illi appropinquare seu ipsum acce
dere. Unde notandũ est ꝙ planeta iferior ap
propinquat suo superiori ⁊ eidẽ coniũgitur ⁊
applicatur ⁊ nõ ecõtra: ideo saturnus nulli cõ
iungitur: sed oẽs alij ipsi. ¶ Et intelligendũ
est ꝙ fortitudo planetarũ q̃ttuor modis prin-
cipalibus fit: ex quoꝝ mutua habitudine ip̃a
fortitudo auget̃ vel minuitur: videlicet cõiun
ctione sep̱atione aspectu ⁊ accessu. ¶ Sep̱a-
tio est inferiorꝫ planete a sup̱iore aspectu vel
cõiunctione ꝑgressus seu recessus. Accessus
est ecõtra. Applicatio est ꝓprie infra per con-
iũctionẽ vel aspectuꝫ: ⁊ postꝙ̄ recedit ab illo
gra. sep̱atur a planeta sup̱iore. Et plãeta for
tior est sub luce ꝙ̄ qn̄ est combustus.

Argumentũ septimi cap̄li scd̄e d̄rie.

¶ Septimũ capitulũ ẽ de detrimẽto iflũetia
rũ. 6. planetarũ in generali: ⁊ de luna in sp̄ali.
latius ꝙ̄tum ad vtrãqꝫ influentiam: ⁊ circa h̄
ponũtur tabule ad ꝓpositum facientes.

P Lanete infortu
nant̃ modis multis. Primo. 5. pla
nete preter solẽ ⁊ lunam. patiunt̃
retrogradationẽ: ⁊ veniẽdo ad retrogradatio
nem efficiũtur debiles ⁊ veniẽdo ad stationẽ
primã vsqꝫ ad mediũ retrogradatõis sunt pe
iorꝫ influentie ꝙ̄ a medio retrogradationis vs
qꝫ ad stationẽ secũdam. Item planete boni i-
fortunãtur p̱ cõiunctionẽ vel oppositionẽ ma
loꝝ: videlicet saturni ⁊ martis. Item in quar
to aspectu eorũdem infortunant̃. Item infor
tunãtur boni planete in terminis maloꝝ ⁊ in
fine signoꝝ qui semper sunt termini malorũ.
Silr̄ in domib⁹ maloꝝ ⁊ in dignitatib⁹ maloꝝ
q̃buscũqꝫ. Item ifortunãt̃ boni planete inter
duos malos ⁊ dicũtur obsessi: hoc ẽ qn̄ bon⁹
planeta sep̱atur a malo ⁊ ꝯiungitur alteri ma
lo. Item qn̄ mali sũt eleuati sup̱ bonos in ecẽ
trico vel epiciclo vel in septentrione. ⁊ multo
deterius est si illi mali nõ recipiãt bonos. Itẽ
infortunãtur planete in cõbustione solis ⁊ in
opposito solis ⁊ in quadrato solis ⁊ in capite
sui draconis ⁊ cauda: ⁊ in capite ⁊ cauda dra-
conis lune. Luna specialiter infortunat̃ in ca
pite sui draconis vel in cauda an̄ vel post. in-
fra. 12. gra. Sol infra. 4. gra. ipsius capitis et
caude draconis lune. Ven⁹ ⁊ mercurius ifra
tres gra. alij planete in eodẽ gra. Item plane
ta impedit̃ cum fuerit cadens ab angulo vel
in via cõbusta que est a. 13. gra. libre vsqꝫ ad. 9
scorpionis inclusiue. Itẽ planeta impeditur
qn̄ est tardus in suo cursu: verbi gratia de lu
na. luna mouet̃ medio motu in die naturali p̱
13. gradus: ⁊ decẽ minuta, cũ quibusd̄ scd̄is:
si luna nõ moueat̃ nisi. 13. gra. vel. 12. in die na
turali tũc dicit̃ tarda in suo motu ⁊ debilitat̃
eius influẽtia. ita dicitur de omnib⁹ planetis
si medi⁹ motus eoꝝ in die naturali sit maior
vero motu. ¶ Item planete masculini debi-
litãtur in signis feminis ⁊ in quadris femis:
et ecõtra planete femini debilitãtur in signis
masculinis: ⁊ in quadris masculinis. ¶ Iteꝫ
planete diurni debilitãtur si i die sint sub ter
ra ⁊ in nocte supra terrã. et nocturni ecõuer
so. ¶ Itẽ oĩs planeta debilitat̃ in oppositio
ne sue dom⁹ vel aliarũ suarũ dignitatũ. Itẽ
planete infortunãtur descenden̄. ad meridiẽ.
Item oĩs planeta infortunatur quãdo cõiũ-
gitur retrogrado vel cõbusto vel qui est in ca
su suo vel in cadenti ab angl̄o. Item vt sint
tres sup̱iores occidẽtales a sole et tres infe-
riores orientales impediũtur. Item vt sint
in gradibus malis vel nõ conuenientibus: vt
planeta masculus in gradu femino: ⁊ ecõtra
et isti debilitationũ modi seu infortuniorum:
possent poni ordinarie: q̄ prim⁹ est fortior in
infortunio omnib⁹ alijs sequẽtibus: et sic de
singulis. Iteꝫ nota ꝙ planeta retrogradus
in domo fortune vel in terminis fortune vel
in alia dignitatate est min⁹ malus ⁊ minus le
dit: ꝙ̄ in domo mali seu in alia dignitate mali
et ista sufficiant de impedimentis planetarũ
in generali. ¶ Quia vero luna media est iter
istũ mundũ inferiorẽ ⁊ planetas sup̱iores at-
qꝫ stellas: ideo magis nobis apparẽt effect⁹
ei⁹: ⁊ ideo de ipedimẽtis lune quoad influen
tiã supra res istas iferiores sp̄aliter est loquẽ
duꝫ. vnde. 10. sunt cões modi infortunij lune
q̃s ãtiqui sapiẽtes enũerauerũt. p̄mus est ne
sit ꝯbusta an̄ solẽ p̱. 12. g̃. ⁊ post ipꝫ silr̄: ꝫ leui⁹
ẽ p⁹ ipꝫ. Scd̄s ẽ ne sit in g̃. descen̄. sue. Terti⁹
ne sit in oppõe sol̄. Quart⁹ ne sit iũcta mal̄ ãt
in latitudĩe quarti aspect⁹ eoꝝ vel oppõnis.
Quint⁹ est ne sit cũ capite vel cauda vel ifra
12. gra. qui est termin⁹ eclips̄. Sext⁹ ne sit i vl
timis g̃. signi q̃ sũt termi maloꝝ. Septim⁹ ne
sit cadẽs ab angul̄ aut in via cõbusta q̃ est li-
bre finis ⁊ iitiũ scorpiõis: ⁊ hoc ẽ deteri⁹ qd̄ sit

ex impedimētis lune: ⁊ maxime si fuerit ince ptio de cōiugio vel de medicinis. Octauꝰ ne sit in.12. signo a domo sua.i. in geminis cū ma lo: vel fuerit in oppositione domꝰ sue vel non aspiciens eam. Nonus ne sit luna cursu tardi or: ⁊ hoc est qū ā vocauerūt sapiētes similitu dinē cursus saturni quousq; cursus eius sit i die maior trigesimo gradu: ⁊ si esset minꝰ vnū minutū: hoc est si fuerit cursus eiꝰ in die minꝰ medio cursu eius. esset cursu tardior vt scribi tur in libro cursuū. Decimꝰ est quem dixerūt messehalac ⁊ sapientes tēporis nostri hoc est cū fuerit luna vacua cursu. ¶ Et pter istos de cem modos sunt alij modi in quibꝰ luna dicit esse infortunata: precipue ⁊ principaliter int omnes alios modos qñ patitur eclipsiz. Iste modus est peior omnibꝰ alijs: ⁊ est modꝰ iste primꝰ ante decem modos tactos ab antiquis Item secūdo impedit luna qñ est in parte ce li que nō aspicit domū suam scz cancrū. Ter tio infortunatur luna qñ est in tali parte celi: que pars nō aspicit locum sue coniunctionis in qua fuit renouata a sua antiquitate cū sole Quarto quādo luna est obsessa iter duos ma los videlicet inter saturnū ⁊ martem: ⁊ rece dit ab vno ⁊ coniūgitur alteri malo. Quinto quādo luna est in domo mala celi vel in malo signo: qz sicut signum turbat domum ita do mus turbat signū ⁊ signum planetam. Sexto luna in ascēdente mala est ⁊ in octaua domo ⁊ in sexta ⁊ in in duodecima ⁊ in gradibꝰ fu mosis tenebrosis vacuis ⁊ azemena. Septi mo qñ luna est in capricorno: qz est tunc in op posito domus sue ⁊ in domo inimici sui scz sa turni. Octauo qñ luna est in suo cremēto cuz marte: vel in decremēto cum saturno: ⁊ hoc in egritudinibus. ⁊ causa est quia cremētum lu ne iuuat ad calorem ⁊ mars similiter: idō si sit infirmitas calida istis duobus influētibus si mul calorē infirmitas est periculosa. Ita dici tur de saturno in decremēto lune: qz luna tūc est influentie frigide. ⁊ similiter saturnus est frigide influentie: ⁊ nō est ibi temperamentū in influentia superiori: ideo eger semp est in periculo moriēdi. Nono si luna separet a do mino domꝰ octaue qui est dñs domus mortis et iūgatur domino ascendentis qui est dñs vi te: transfert naturam ⁊ lumen dñi domus mor tis ad dñm ascendeñ.i. transfert naturā mor tis ad dñm vite ⁊ illud est vnū signum mortis et potest modus ille ampliorari si luna sepa ret ab aliquo malo ⁊ iūgatur domio vite trās ferendo lumen planete mali ad dominū vite: ⁊ deteriꝰ est de sepatione lune a domino octa ue nisi esset mutua receptio inter eos: qz rece ptio alleuiat malū. ¶ Et circa hoc latiꝰ decla rando ponenda est duplex tabula de.28. mā sionibus lune. Pro declaratione harū tabula rum.28. mansionum lune breuiter est notan dū ꝙ quādo luna est in mala māsione ⁊ in ma la facie planetarū effectus inchoatus sub eis dē male ꝓspabitur. Item notandū est ꝓ pra ctica medicine ꝙ si medicus velit inducere in corpore humano humiditatem debet attēde re ꝙ luna sit in māsione humida: si patiēs ha beat tēpus expectādi influētiam celi compe tētem. ¶ Item in practica cōponendi medi cinas: medicine que faciūt ad humiditatē de bent componi tali cōstellatione dominante in celo ¶ Item notandū est ꝙ per eandē viam qui vult inducere siccitatez in corpore huma no: vel componere medicinas que faciunt ad siccitatem debet eligere ꝙ luna sit in mansio ne sicca. ¶ Preterea notandū est circa p̄sen tes tabulas ꝙ corpora sana debent regi ⁊ re gulari atq; medicine cōficiēde ꝓ obseruatōe talium corporum debent fieri luna existente in māsionibus tenentibꝰ mediū.i. nō habenti bus influentiā siccitatis vel humiditatis. ⁊ est notandū ꝙ de istis.28. mansionibus.4. sunt q̄plurimū male influētie generaliter ad om nia: ⁊ maxime in factis medicine scz.3. mansio 16.18. et.26. mansiones.

¶ Sequūtur tabule.

Tabula.28.mansionũ.lune ad octauá sphęram.

		g	m	2a			g	m	2a		Noia	Qualitates.
1	A	0	0	0	arietis	ad	12	51	26	arietĩ	Alnach	Temperata.
2	A	12	51	26	arietĩ	ad	25	42	51	arietĩ	Albochain	Sicca.
3	A	25	42	51	arietis	ad	8	34	17	tauri	Achoamazonne	Humida
4	A	8	34	17	tauri	ad	21	25	43	tauri	Aldebaran	Temperata.
5	A	21	25	43	tauri	ad	4	17	9	geiorũ	Albachaya almiti	Sicca
6	A	4	17	9	geiorũ	ad	17	8	34	geiorũ	Alhátiavl alchayr	Temperata.
7	A	17	8	34	geiorũ	ad	0	0	0	cancri	Aldumach	Humida.
8	A	0	0	0	cancri	ad	12	51	26	cácri	Alnaza	Temperata.
9	A	12	51	26	cancri	ad	25	42	51	cácri	Archaam	Sicca
10	A	25	42	51	cancri	ad	8	34	17	leóis	Algebh	Humida.
11	A	8	34	17	leonis	ad	21	25	43	leóis	Ardaf	Temperata.
12	A	21	25	43	leonis	ad	4	17	9	vgis	Alzarfa	Humida
13	A	4	17	9	virgis	ad	17	8	34	vgis	Alune	Temperata.
14	A	17	8	34	virgis	ad	0	0	0	libre	Achurch.vel acleymecy	Tpata.
15	A	0	0	0	libre	ad	12	51	26	libre	Agrafa	Humida.
16	A	12	51	26	libre	ad	25	42	51	libre	Azubene	Sicca.
17	A	25	42	51	libre	ad	8	34	17	scorp.	Alichel	Humida.
18	A	8	34	17	scorp.	ad	21	25	43	scorp.	Alcyas	Pluuial.
19	A	21	25	43	scorp.	ad	4	19	9	sagit.	Hycula vl axála	Pluuial.
20	A	4	17	9	sagitt.	ad	17	8	34	sagit.	alymaiunvl aruaire	Humida.
21	A	17	8	34	sagit.	ad	0	0	0	cap.	Albeda	Temperata.
22	A	0	0	0	cap.	ad	12	51	26	cap.	zodeboluch vl zádeldena	Hũida
23	A	12	51	26	cap.	ad	25	42	51	cap.	zobrach.	Teperata.
24	A	25	42	51	cap.	ad	8	34	17	aqrij	chadezoad.	Temperata.
25	A	8	34	17	aqrij	ad	21	25	43	aqrij	zadalabra	Sicca.
26	A	21	25	43	aqrij	ad	4	17	9	piscíu	Fragal mocaden	Sicca.
27	A	4	17	9	piscíu	ad	17	8	34	piscíu	Alfalgalmoad	Sicca.
28	A	17	8	34	piscíu	ad	0	0	0	arietĩ	Alchue	Temperata.

Tabula.28.mansionū lune ad nonā spheram.

		g̃	m̃			g̃	m̃		Noia	Qualitates.
1	A	10	20	arietis	ad	23	11	arietis	Cornua arietis	Medium.
2	A	23	11	arietis	ad	6	3	tauri.	Venter arietis:	Sicca
3	A	6	3	tauri	ad	18	54	tauri	Caput tauri	Humida
4	A	18	54	tauri	ad	1	46	geior	Oculus tauri	Medium.
5	A	1	46	geior	ad	14	37	geior	Caput canis	Sicca.
6	A	14	37	geior	ad	29	29	geior	Sydus paruū.	Medium.
7	A	27	29	geior	ad	10	20	cancri	Brachium leonis	Humida..
8	A	10	20	cancri	ad	23	11	cancri	Nebulosa	Medium
9	A	23	11	cancri	ad	6	3	leonis	Oculus leonis	Sicca.
10	A	6	3	leonis	ad	18	54	leonis	Frons	Humida.
11	A	18	54	leonis	ad	1	46	vginis	Capillus	Medium.
12	A	1	46	virg.	ad	14	37	vginis	Cauda leonis	Humida.
13	A	14	37	virg.	ad	27	29	virg.	Canis	Medium.
14	A	27	29	vginis	ad	10	20	libre	Spica volans	Medium
15	A	10	20	libre.	ad	23	11	libre	Coopertum volās	Humida.
16	A	23	11	libre	ad	6	3	scorpi.	Cornua scorpij	Sicca.
17	A	6	3	scorp.	ad	18	54	scorp.	Corona scorpij	Humida.
18	A	18	54	scorp.	ad	15	46	sagitt	Cor scorpij	Pluuialis.
19	A	1	46	sagitt	ad	14	37	sagitt	Cauda scorpij	Pluuialis.
20	A	14	37	sagitt	ad	27	29	sagitt	Turbis	Humida.
21	A	27	29	sagitt	ad	10	20	capcor.	Desertum	Medium,
22	A	10	20	capc.	ad	23	11	capric.	Pastor	Humida
23	A	23	11	capric	ad	6	3	aqrij	Glutiens	Medium
24	A	6	3	aqrij	ad	18	54	aqrij	Sydus fortune	Medium
25	A	18	54	aqrij	ad	1	46	pisciū	Papilio	Sicca
26	A	1	46	piscīu	ad	14	37	piscīu	Hauriens primus	Sicca.
27	A	14	37	piscīu	ad	27	29	piscīu	Hauriēs scd̄s	Sicca.
28	A	27	29	piscīu	ad	10	20	arietis	Pisces	Medium.

Argumentū tertie dr̃ie ⁊ eius primi capl'i.

¶ Tertia differētia ē de inquisitione a qua radica ꝓueniat epidimia ⁊ mors in hominibus ⁊ plus vno tēpore q̄ alio: ⁊ de modis cognoscendi ⁊ pronosticandi cursu nature ⁊ influētia celi mortem vel vitam egro.

¶ Primū autem huius tertie differētie capitulum est de distinctione ⁊ cognitione radicū epidimialiū. Et radix quo ad propositū pōt assignari quadruplex: duplex supior ⁊ duplex inferior. Prima radix superior est voluntas diuina iuste puniens hoies. Scd̄a radix superior est corpus celeste influens letaliter. Tertia radix que est prima inferior est fetor inficiens organū per aerem corruptū circūdando nos totaliter. Quarta radix que est secūda inferior est indebitus modus viuendi per excessum cibi ⁊ potus ⁊ aliarū superfluarū occupationū carnaliū ⁊ nimie tristicie ⁊ sollicitudinis et de istis quattuor radicib⁹ aliquid scribetur ad ꝓpositum deo dante. Capl'm primū.

Circa materiam primi capituli hui⁹ tertie differētie est videndum de radicibus epidimialib⁹ et fuit dictū q̄ radix potest esse quadruplex duplex inferior ⁊ duplex superior vt dictū est supius in positione fundationis istius tertie differētie: sed anteq̄ ꝓceda

16

tur ad eius spālem inquisitionē. videndū ē de
quadā ꝓnosticatione in generali ⁊ instinctu
naturali que reperit hic inferiꝰ in multis viuē
tibꝰ. ad clarius elucidandū materiā iquisitio
nis causarū epidimialiū ꝓ qua noticia habē-
da inchoatus est p̄sens tractatꝰ iste. Et circa
multiplices vias quibus a largo donatore tri
buit futurorum euētuum noticia. ⁊ quedā ele
gās dispositio nature receptionis sōniorū ab
īfluētia celi causata hora ⁊ pūcto natiuitatꝫ ho
minū aliquoꝝ qui ꝙdiu viuerent supra terrā
eoꝝ sōnia vera erunt: vtputa si saturnꝰ sit in
nona domo celi fortunatꝰ in suis dignitatibꝰ
nō retrogradꝰ neqꝫ combustꝰ nec in casu suo
⁊ maxime fortificabit dispositio nati: si mercu
rius aspiciat eū beniuolo aspectu ⁊ receptus
sit a saturno: ⁊ si respiciēs dispositionem īflu
entie sit suis tēporibus sciētificus et prudēs
et dn̄s suarū cupiditatum apparebit talis q̄si
ꝓpheta inter hoies. Rursus in somnijs seclu
sa celi influentia imprimūtur a deo vel ab an
gelo mandato dei in sola vi anime ⁊ in parte
intellectiua species rerū ostendētium ꝙpluri
ma futura ꝯtingētia in visione noctis vt dicit
textꝰ sacre scripture de Daniele ⁊ de multis
alijs ꝓphis: ⁊ hec via secūda per quā quibus
dā ꝯceditur futuroꝝ noticia est longe securi-
or ⁊ excellentior prima. Si reducamꝰ ad me-
moriā vias naturales ⁊ licitas ꝓnosticādi fu
tura que olim fuerūt ꝯcesse aliquibꝰ eleuatis
hominibꝰ in vigilia siue sōnijs naturali instin
ctu: forte quibusdā videbit mirandum. Verū
tamē si illud brutis datū est, vt ouis lupū quē
nūꝙ al's vidit cognoscat inimicū: ꝙto plus ho
mo intellectualis brutale aial debz īstictu na
ture excellere ⁊ inimica atqꝫ nociua p̄cogno-
scere fugere ⁊ vitare. Et si obijciat ratione ex
periētie que rerū est magistra ꝙplurima ani-
malia excedūt gradualiter in potentijs sensi-
tiuis potentiā sensitiuā regulati hois: vt aq̄la
limpidius ⁊ clarius videt omni homine: ⁊ ca
nis in olfactu excedit hoiem: ⁊ sic de multis
alijs aialibus tam in auditu ꝙ in alijs sensibꝰ
excedunt hominis operatiōem via iam dicta:
mirū nō esse debet de sensibꝰ si aliqua aialia
gradualiter excedūt in his hoiem: sed mirum
esse debet si in sola vi anime aial brutū exce-
dat hoiem: vt instinctu nature ⁊ in ꝓnostican
do futura periculosa sibi imminētia. Et in ma
ri ꝙplurimi pisces presentiūt tempestatē fu-
turā ⁊ de ꝓximo nōdū apparentem in aere: ⁊
fugiūt ad inferiores partes maris se tuendo
in stagnis ⁊ aquis dulcibꝰ. Pisces dicti lucij
presentiūt tempestatē anteꝙ veniat ⁊ fugiūt
ad partem inferiorē aque inroborando se in
vno cuneo capitibꝰ submissis inferiꝰ versus
partem terre ⁊ caudis eleuatis superiꝰ expo
nendo totum corpꝰ ꝓ custodia capitis sagaci
tate nature eis ꝯcessa a creatore: oīa manu-
tenēte ⁊ ꝯseruante: ⁊ si tanta industria repe-
riatur in nō habētibꝰ aīam rationalē: ꝙto ma
ior debet reperiri in homine rationali ⁊ de fa
cto reperit: ⁊ adhuc fuit reperta s̄m magis ⁊
minus in viris eleuatis ⁊ segregatis a mūda
nis cupiditatibꝰ que cupiditates ꝙplurimū
impediūt naturā a precognitione ⁊ iudicio fu
turoꝝ. ¶ Et est notandū ꝙ ꝑ materiam habe
mus noticiā de re dubiā. ꝑ formam vero certā
Forma ergo in ꝯsideratōe rerū est attēden-
da vt ꝓnosticatio et prescia possit haberi dis-
curre singulas artes ⁊ practicas scientiarū ꝑ
ꝯsiderationē intellectualē ⁊ in omni practi-
ca reperies solertiā ⁊ subtile ingeniū ꝓueni-
endi ad cognitionē. Vide artem medicorum
qui suas obseruāt pronosticationes de corpo
re humano iudicando de rebus nō visis ⁊ la-
tētibus in interioribus partibus corpoꝝ iudi
cant ꝑ signa exteriora: ꝑ vrinam: ꝑ pulsum: ꝑ
sudorem: ⁊ per faciem ⁊ ꝑ ꝙplurimas vias ac
experientias ⁊ nō equaliter: q2 alter altero vi
det clarius ⁊ descēdit ad iudicium particula-
re limpidiꝰ ⁊ securiꝰ ⁊ citiꝰ s̄m scientiā ⁊ sub
tilitatē practice operantis. vide ⁊ ꝯsidera ar
tes liberales ⁊ artistas in sua practica qui ha
bent industriā ꝓueniendi ꝑ media ad ꝯclu-
siones intētas: ⁊ si vnus artista ostendit ⁊ de
monstrat ac declarat limpidiꝰ ꝙ alter conclu
siones per media demōstratiua: q2 alter clari
us intelligit altero: nec dici meret artista qui
semꝑ libris inuētis vtitur ⁊ doctrina alioꝝ ni
hil de suo addendo ad minꝰ formā loquendi
verboꝝ. Intuere artes mechanicas ⁊ ꝯsidera
per actum intellectꝰ subtilitates ⁊ ingenia q̄
de die in diē reperiūtur ꝑ operarios ad alleui
andū labores ⁊ opera: ⁊ ꝑpendes nullū esse
subtilē in sua arte sine noua inuētione. Quid
loquar de laborantibꝰ toto conamine sup fa-
cto sciendi secreta nature paucis dat actꝰ ta-
lia sciendi: ⁊ aliqui acq̄runt ꝙplurima clare ⁊
est eis vt lumen solis ⁊ sine magno labore ex

quadã ſubtilitate nature. iuxta ſententiã ptholomei in centiloquio verbo. iij. Ille qui facit opꝰ ex natura inueniet ĩ ſua natiuitate planetã forte ex natura illiꝰ opis: ita in ꝓnoſticando futura modo naturali ſiue ſcientifico acquiſito. eoꝝ autẽ qui futura ꝓnoſticant alij ex ſola vi aĩe quodã inſtinctu nature ⁊ rõe ꝓpria talis ꝑticularis indiuidui talis põt eſſe capax preſciẽtie epidimie de ꝓximo future ſeu alterius peſtis vel incõmodi ⁊ ꝑdicere põt talia futura ⁊ ꝗplurima remedia. ⁊ de talibꝰ multa exẽpla habemꝰ in ſcriptis antiquoꝝ: cuiꝰ rei experientia fuit ſequẽs magiſtra veritatis. alij ꝓnoſticant futura occulta ⁊ futura ſignis. alij ſola interrogatiõe. alij alijs medijs inſtis. hec aũt oĩa operaꝶ ſupeminenter ⁊ immediatius vnꝰ atq; idẽ ſpiritus quacunq; cauſa ſecũda diuidẽs ſingulis ꝓut vult. alijs dat noticiã futuroꝝ per ſciẽtiam motꝰ planetarũ ⁊ ſtellarũ ⁊ per aſpectꝰ ⁊ coniunctiões inter corpora celeſtia. alijs dat precognoſcere futura ꝑ circulos ⁊ colores qui apparent multis ⁊ quibuſdam tẽporibus in aere circa corpꝰ ſolis ⁊ lune ⁊ alioꝝ ſyderũ ⁊ per cometas ⁊ radios ⁊ figuras in aere quãdoq; apparẽtes ⁊ ꝑ multiplicationẽ pluuiaruz tẽpore hyemali ⁊ ſignis multis alijs ex quibus ſequitur doctrina.

¶ Rurſꝰ intꝰ hoĩes ẽ precognitio epidimie peſtis vel mortalitatꝭ ꝑ inſtas ſpecies auiũ in aere habitantiuz: vt coruus ſm dicta poetarũ ⁊ locutionẽ populariũ preſentit futurã mortalitatẽ in ſuo cantu ſeu garritu plus ſolito garriendo ſuꝑ terras ⁊ villas in quibꝰ aer eſt iam infectus vel de ꝓximo inficiẽdus. aues paſſeres fugiunt naturaliter aerẽ corruptũ ex qua fuga homies ſapientes ꝓuident ſibi de remedijs iuxta poſſe. vultures quodã inſtinctu nature preſentiũt bella futura hoĩm de trãſmarinis partibꝰ trãfferẽdo ad iſtas ꝑtes vel ecõtra: ⁊ ꝗplurime alie aues ⁊ alia aĩalia ꝑſentiunt incõmoda futura hoĩm: ⁊ in hoc ⁊ in multis alijs ſubſeruiũt homĩ ſuo modo q̃ oĩa ſũt facta ꝓpꝰ hoĩem ⁊ ad hoĩem habẽt ordinem ⁊ hõ ad deũ laudandũ a quo eſt ꝑcognitio futuroꝝ ⁊ oẽ bonũ. ⁊ ſi dat hoĩ precognitionem epidimie anteꝗ veniat ſcire ꝑ cauſas naturales ⁊ ꝓpꝰ q̇d vt põt preuidere prudẽs aſtrologus ex ſua arte maiꝰ bonũ habꝫ ꝗ medicꝰ q̃ cognoſcit q: eſt ⁊ q̃n eſt epidimia ⁊ nõ precognoſcit antea vt põt cognoſcere expertꝰ aſtrologus: ⁊ in quibꝰ villis ⁊ regionibꝰ ꝑncipaliꝶ cadet epidimia per figuras celi ⁊ planetas ſignificatores gentiũ atq; locoꝝ ⁊ patriaruz: ⁊ iſta de ꝑcognitõe in gñali circa noticiã futurorum euentuũ ꝯtingentꝭ ex influẽtia celi depẽdentiũ ꝓ quadã preſuaſione ſeu fundamẽto declaratõis capituli epidimie breuitatis cauſa ſufficiant de preſenti.

De prima radice ſuperiore.

¶ Ad clarius intelligendum precognitionez ꝗplurimoꝝ effectuũ in natura futuroꝝ ſciendum eſt ꝙ ꝑma radix ſuperior ẽ diuina voluntas iuſte puniens hoĩes de q̃ radice loquiꝶ ſacra ſcꝑtura in multis locis ⁊ maxime in textu moyſi ⁊ ad ꝓpoſitũ Deuꝶ. 28. ca. cuiꝰ textꝰ talis eſt. Si audieris vocem dñi dei tui ⁊ facias atq; cuſtodias oĩa mandata eiꝰ q̃ ꝑcipio tibi hodie faciet te dñs deꝰ tuꝰ excellẽtiorẽ cũctis gẽtibꝰ q̃ verſanꝶ in terra. Venietq; ſuꝑ te vniuerſe bñdictões iſte ⁊ apphẽdẽt te: ſi tñ precepta eiꝰ audieris. Bñdictus tu in ciuitate: ⁊ bñdictꝰ in agro. Dat igiꝶ bñdictões deꝰ ꝗplurimas pplo obſeruãti mãdata eiꝰ vt pꝫ in textu moyſi: ⁊ ipẽ dñs ꝑ moyſen famuluz ſuum dat maledictões pplo rebelli: vt pꝫ in eodem ca. ad ꝓpoſitũ: cuiꝰ textꝰ biblie ibidẽ talꝭ ẽ. Qꝛ ſi audire nolueris vocẽ dñi dei tui vt cuſtodias ⁊ nõ facias oĩa mandata eiꝰ ⁊ cerimonias q̃ ego ꝑcipio tibi: venient ſuꝑ te maledictiões iſte ⁊ apphẽdent te. Maledictꝰ eris in ciuitate. maledictꝰ in agro. maledictũ horreũ tuum ⁊ maledicte reliquie tue: maledictꝰ fructꝰ ventris tui: ⁊ fructꝰ terre tue: armẽta boum tuoꝝ ⁊ greges ouiũ tuarũ. Maledictꝰ eris ingrediens ⁊ maledictꝰ egrediẽs. Et ſubdit. Adiungat tibi dñs peſtilentiã donec cõſumat te de terra ad quã egredieris poſſidendã. Percutiat te dominꝰ egeſtate febre ⁊ frigore ardore ⁊ eſtu ⁊ corrupto aere ⁊ rubigine ⁊ ꝑſequaꝶ donec pereas. ſit celũ q̇d ſupra te ẽ eneũ ⁊ terra quã calcas ferrea. Et ſubdit. Percutiat te dominꝰ vlcere egypti ⁊ partẽ corporis ꝑ quã ſtercora egeruntꝶ ſcabie quoq; ⁊ prurigine: ita vt curari nequeas. Percutiat te deus amentia ⁊ cecitate ac furore mẽtis: ⁊ palpes in meridie ſicut palpare ſolet cecus in tenebris: ⁊ nõ dirigas vias tuas: oĩni tꝑe calũnias ſuſtineas ⁊ opprimaris violentia: nec habeas qui liberet te. Vxorem accipies ⁊ alius dormiet cum ea domuz edifices ⁊ non habites in ea. plantes

17

vineā ⁊ nō vindemies eam. Et subdit. Percu tiet te dn̄s vlcere pessimo in genib⁹ ⁊ in suris sanari q̄ nō possis a planta pedis vsq̄ ad verticem tuū. Et subdit. Insup ⁊ vniuersos languores ⁊ plagas q̄ nō sunt scripte in volumine legis hui⁹ inducet dn̄s sup te donec te cōterat ⁊ remanebitis pauci numero qui prius eratis sicut astra celi pre multitudine qm̄ nō audisti vocē dn̄i dei tui. Et sicut ante letatus est dn̄s deus sup vos bene vobis faciēs: vosq̄ multiplicans: sic letabit᷑ disperdēs vos atq̄ subuertēs vt auferamini de terra ad quā ingrediemini possidendam. Et plurimas alias maledictiones dn̄s populo rebelli preceptis eius pmittit queadmodū exprimit᷑ in eodē textu biblie. Sed hic extracte sūt he que magis pposito vident᷑ subseruire. alias aūt maledictiōes infirmitatū talis textus moysi vbi deus cōminat᷑ plagā lepre nolētibus audire sacerdotes. Quis ē qui egritudinibus a deo illatis possit resistere easq̄ curare nisi humili deuotōe deū oīm creatorē suppliciter exorās illic em̄ sopitū est oē medicine refugiū. vnde cū maria soror moysi murmurasset cōtra moysen fratrē suū more multorū: indignat⁹ dn̄s fecit vocari moysen ⁊ aaron fratrē suū qui quodāmodo erat particeps in murmuratōe ⁊ mariam ⁊ fuit eis locutus in ostio tabernaculi et puniuit mariā faciēdo eam leprosā ⁊ subito apparuit candor vultus eius vt nix ex plaga lepre ⁊ videns aaron sororē eorū supplicauit moysi quatinus peteret a deo ⁊ supplicaret p sanatione marie qd̄ ⁊ fecit moyses ⁊ stetit maria septē dieb⁹ separata leprosa ⁊ extra castra octaua vo die fuit reducta ad sanitatē p oratiōnē ⁊ intercessionē moysi. vt habet᷑ Nūeri. 12. c. in talib⁹ plagis ⁊ pestilentijs missis a deo nō est ad remediandū nisi humilis ⁊ deuota orō

De secunda radice superiore.

Uiso de prima radice superiori a qua oīa dependēt videndū est de radice supiori secūda videlicet de corpe celi vnde celestia corpora sepe influunt letalit᷑ ⁊ potestatē illā quā habent planete ⁊ corpa superiora influendo hic inferius siue ad bonū siue ad malū totum habent a deo: ⁊ inter corpora cetera celestia sunt duo planete qui dicuntur maliuoli: vt puta saturnus ⁊ mars qui sepe inducūt ex eorum influentijs pestilentias: prim⁹ ex frigore. secundus ex calore. ex frigore saturn⁹ reuma: leprā que dicitur elephantia ⁊ oīa que ex frigore superfluo contingūt. mars inducit febres pestilentiales sputū sanguinis apam sub dyafragmate ⁊ pleuresim que ē egritudo apostemosa generata in pleura panniculo denso ex materia subtili colerica. Prudens phisicus astrologus inter cetera debet considerare introitum solis in arietē ad tempus quo veri⁹ poterit habere ⁊ equare domos ⁊ planetas. Et ista influētia est prestantior oībus influentijs anni demptis cōiunctionibus superioribus plenetarū ⁊ si esset aliqua magna eclipsis: ⁊ iste introitus solis in arietē vincit oēs introitus solis in celestes imagines totius anni. debet igitur cōsiderare quo modo se habz dn̄s sexte domus qui est dn̄s infirmitatū an videlicet sit impeditus: ⁊ si sit impedit⁹ erunt infirmitates plurime iuxta naturā suā ⁊ sue domus scilicz sexte. ⁊ iste infirmitates erunt fm̄ combinationē nature sue ⁊ sue domus. verbi gratia. detur q̄ saturnus esset dominus sexte domus ⁊ aliquod signū terreum faceret sextam domū egritudines eiusdē anni vt plurime essent frigide ⁊ sicce. Ultra hoc considerandū est q̄ si dominus sexte domus habeat aspectum cū dn̄o domus mortis vel domin⁹ dom⁹ mortis ad eum terminabuntur vt plurimū tales egritudines scilz frigide ⁊ sicce ad mortē. Et sicut dictum est de introitu solis in arietē ita dicendum est de coniunctionib⁹ solis ⁊ lune totius anni qd̄ videlicet ipsas prudens phisicus ⁊ astrologus eodē modo prouideat ⁊ fm̄ naturā planete existētis in sexta domo si quis sit vel fm̄ aspectum ad istos duos ille effectus poterit aliqualiter alterari: licet non omnino apocopari. Debes etiā cōsiderare si iste introitus solis in arietē vel aliqua de coniunctionibus luminariū sit in octaua domo tunc deterius est. Et nota q̄ si eclipsis solis ⁊ lune sit in aliquo angulorū natiuitatis alicuius vel in aliquo angulorū reuolutionis natiuitatis tūc natus pati habebit fm̄ exigētiam anguli: vt si fiat eclipsis i medio celi patietur in honore ⁊ fama: si in ascēdente in corpore ⁊ sic de alijs. Peius tamen si fiat in ascēdente ⁊ inter istas eclipses peius cecidit eclipsis solis. Et nota q̄ effect⁹ eclipsis lune euacuatur per decursum mensium ⁊ ad longius durat vno anno. Eclipses autem solis euacuantur per decursus annorum: ⁊ prolixius du

rant effectus eius duodecim annis. videatur hoc verbum. 24. centiloquij Ptholomei. Si petatur cur certo anno mortalitas venit sup vnum locū ⁊ non super aliū vicinū ei. Respōdetur ꝙ ideo quia vnusquisq; locus habet signum propriū ⁊ planetā proprium: ⁊ est illud signū alicuius loci quod erat ascendens tempore edificationis illius loci: ⁊ ille planeta est illius loci qui planeta tūc temporis fuerit fortior in figura celi vel qui fuit dominus ascendentiū: quia si illud signum constituat signum octauum vel si planeta loci sit in illa figura dominus octaue domus vel ipse sit in octaua domo tunc erit super illo loco mortalitas illa: cuius illud signum ⁊ ille planeta sunt signum vel planeta ꝑm infortuniū ipsorum. Unde signum Viennen̄. ciuitatis est libra ⁊ planeta eius est saturnus: sicut leo est signum ciuitatis rome ⁊ sol domin⁹ eius. Uenus est planeta ciuitatis Lugdunen̄. Si petatur quo modo scietur hoc videlicet ꝙ tale signum ⁊ talis planeta sunt talis vel talis loci. Dicendū ꝙ si non sciatur initium fundationis eius vtputa positionis primi lapidis nō scietur nisi a posteriori per effectus ꝙ si astrologus videat ꝙ sub tali signo vel influentia talis planete fere semper aliquod euidens illi loco contingat: quod est de natura talis signi vel talis planete signum est euidens propositi. Ceteri enim astrologi capiunt iudiciū anni per introitum solis in arietem ad punctum introitus solis in primū minutū arietis. si in figura celi que tunc erit sint planete mali in domo octaua q̄ est domus mortis dicitur eodem anno pestis iuxta conditionē illorum planetarum. ⁊ si luna in eodem introitu sit prope coniunctionem solis sicut potest accidere ⁊ aliquādo accidit infra duos vel tres aut quattuor gradus tota gens patietur ruinam ⁊ infirmitatē de natura lune influxam ⁊ non expectabūtur duo mēses sed satis cito post introitum ⁊ coniunctionem lune vel aliud infortunium lune: ⁊ ꝑm ꝙ corpora humana sunt magis tenera ⁊ capacia citius ⁊ fortius patientur ⁊ infra mensem ab introitu solis in arietē ⁊ ab infortunio magno lune. Et sic de alijs lune infortunijs ꝑm magis ⁊ minus huiusmodi effectus apparebunt.

¶ Rursus considerande sunt magne cōiunctiones altiorum duoꝝ planetarum: sicut verbi gratia cōiunctio iouis ⁊ saturni fuit anno fluente dn̄i. 1425. vltima die augusti vt prememoratum est: ⁊ fuit in decimotertio gradu scorpionis ⁊ fuit mutata coniunctio de triplicitate aerea ad aquaticā ⁊ fuit in signo aquatico iudicāde sunt pluuie multe quas ꝯsequitur corporum humanoꝝ humectatio excessiua que est causa putrefactionū humorum quā consequitur febris ⁊ ratione excessus nimij consequtur perniciosior febriū species que est pestilētialis: ⁊ maxime quia in eadem coniunctione saturnus fuit eleuatus in septemtrionē super iouem qui saturnus est male influentie ⁊ ꝑm ꝙ coniunctiones luminariū veniunt in mensibus suis habendo simbolizotianē cum saturno habente auctoritatē in eadem coniunctiōe ꝑm hoc prouenit maior vel minor influentia mali de natura ipsius saturni: ⁊ ista que dicūtur hic sunt quedā generalia non descendendo ad specialia vt expedit quādoq; ī infirmitatibus ⁊ in iudicio infirmitatum ⁊ medicinarum.

De tertia radice que est ꝑma inferior.

¶ Prima radix inferior est fetor inficiens organum per aerem corruptum vel circundando localiter. Necesse nāq; est ad vite continuationem aspirare ⁊ respirare propter vehemētem vitalis spiritus in corde existentē calorem qua aspiratione: corrupto existente aere attrahuntur vapores putridi mixti aeri ad ipm corinficientes spirit⁹ vitales cordis ⁊ eisdem mixti transmittuntur singulis membris totum corpus inficiendo infectiōe febrili cum febris sit prima passio cordis ⁊ consequenter aliorū membroꝝ: ⁊ hec infectio aeris circundantis nos non procedens a corpore humano corrupto aut infecto non est adeo vehemens sicut si ꝓcedat ab aliquo corpore humano infecto ⁊ hoc ratiōe simboleitatis nature: ⁊ hec etiam est causa quare potius ab hominib⁹ infectis inficimur q̄ a bestijs infectis.

De quarta radice q̄ est secūda inferior.

¶ Secunda radix inferior est abusus rerum non naturalium scilicet cibi ⁊ potus: somni⁹ et vigilie: motus ⁊ quietis: inanitionis ⁊ repletionis accidentium anime: pariter ⁊ coitus. excessus nempe in cibo ⁊ potu fere omniū nūc temporis cōmuniter occurrentiū egritudinum est causa. Quicquid namq; cibi aut potus diminuto caloris naturalis dn̄io non subijcitur

penitus in egritudinis materias cōuertitur.
Somni etiā multitudo corpꝰ nimia hūiditate
replet vigilia aūt nimia excessiue desiccat: sic
motus cōparādus ē vigilie ⁊ quies somno. q̄-
bus suo modo comparat̄ inanitio ⁊ repletio.
inanitio nāq̄ nimia plurimū calefacit eo ꝙ ca
lor ꝑ ipām ipi humido hūani corporis nimiū
dominat̄ ⁊ exiccat ex eo ꝙ humidū rōe exces
siui caloris multū cōsumit̄ nec ꝑ appositionē
noui humidi restaurat̄ pure. repletio nimia ni
miū infrigidat ⁊ humectat. infrigidat nāq̄ q꞉
calorē nostri corporis penitꝰ obtundit ⁊ suffo
cat: ⁊ humectat: q꞉ rōne paucitatꝭ caloris hu-
miditates corporis nō ꝯsumunt̄. accidētia q̄
aīe cuiusmodi sūt gaudiū timor spes ⁊ despe
ratio vltima alteratiōe humana corpora alte-
rant ⁊ indisponūt. Ait em̄ arnaldus de villa
noua in suis areolis simplicium medicinarum
his verbis. Que medicina ē plus cōfortans
ꝙ gaudiū: ⁊ q̄ plus calefaciens ꝙ ira: que plꝰ
infrigidās ꝙ tristicia: q̄ plus nutriēs ꝙ bona
spes: ⁊ q̄ plus interficiēs ꝙ desꝑatio. Deinde
coitꝰ plꝰ cūctis rebꝰ īmutat corpꝰ sup calefaciē
do in ꝑ̄ncipio: finalit̄ nimiū infrigidādo: ⁊ cū
hoc excessiue corpꝰ exsiccat. infrigidat nāq̄
ꝑ spirituū resolutionē ⁊ exsiccat ꝑ humidi na
turalis deꝑditionē. his omībꝰ obuiare possu-
mus incōmodis per administrationē rerū na
turaliū cōtrariarū dispositionū dispositionibꝰ
p̄dictis. vt aeri corrupto remediandū est cum
aere rectificato cū aromatibꝰ ⁊ ꝑ̄pe ad fedita
tem inclinātibꝰ. sicut em̄ caliditas ⁊ humidi-
tas sunt ꝑ̄ncipia corruptiōis: sic frigidū ⁊ sic
cum sūt ꝑ̄ncipia cōseruatōis ab eadē. sit itaq̄
hec rectificatio cū cāphora ⁊ aspersione aque
rosate mixte aceto optimi vini ⁊ similiū. ignis
etiā precipue lignorū rorismarini ⁊ iuniperi ⁊
in eoꝝ absentia lignoꝝ pini aut saltē lignorū
quercuū mire huic obuiat indispositōni: ⁊ sic
de ceteris s̄m eoꝝ ꝯtraria contemplare.

Argumētum secūdi cap̄. tertie differētie.

¶ Secundū capitulū ostendit quomodo re-
uolutio natiuitatis si constaret perito astrolo-
go potest multa mala impedire nato que sūt
possibilia ei euenire vel de facto euenīēt q̄ ma
la nō sūt necessaria ſ꞉ cōtingētia cursu nature

Circa presens

capitulū est consideranda ꝑposi
tio Ptholo. q̄nto sui centiloquij
cum sententia cōmenti. vnde propositio talis
est. Astrologus optimus multū malū prohi-
bere pōt qd̄ s̄m stellas venturū est cum eius
naturā presciuerit: sic em̄ p̄muniet eū cui ma
lum futurū est vt possit illud pati. ex hac pro-
positione trahitur illud vulgare. Sapiens do
minabit̄ astris. Nam vt declaratur ab haly in
cōmento volente sententialiter ꝙ illud malū
celestis influentie non est equale suscipiendū
quia si aliquis sit dispositus a natura ex influ
entia corporū celestiū ad patiendū egritudi-
nem calidam ⁊ siccam sapiens poterit preui-
dere illi corpori administrando illi corpori fri-
gida ⁊ humida que disponent tale corpꝰ ita
ꝙ aut illud malū penitus ānullet aut saltem
influentiā illā tolerabilius moderabitur. Et
circa istam materiā declarādū est quid sit re-
uolutio natiuitatis ⁊ quomodo ab astrologo
intelligatur. Unde in natiuitate cuiuslibꝫ ani
mati corporis dū nascitur notetur certus ⁊ ꝑ-
prius gradus celi sub quo gradu: sol tunc in-
cedit vel peragratur ⁊ tunc eadē hora ⁊ par-
te hore consideratur minutū tēporis diei na-
turalis dicte natiuitatꝭ q̄ hora ⁊ minuto egre-
ditur infans de ventre matris illud instans ⁊
mensura tēporis dicitur esse hora sue natiui-
tatis ⁊ ꝑprie consideratur locus solis in celo
vt verbi gratia. Si puer nascitur sole existen-
te sub q̄rto gradu leonis ⁊ certo minuto eius-
dem gradus ille locus solis dicit̄ semꝑ ꝙ diu
viuet esse gradus natiuitatis dicte. ⁊ dum sol
sequenti anno venit ad eundē quartū gradū
leonis ⁊ eiusdeꝫ minuti signi leonis dicit̄ tūc
esse reuolutio dicte natiuitatis: ⁊ sic quolibet
anno vite cōpletur ipsius nati vna reuolutio
solis que dicitur reuolutio natiuitatis sue: et
tunc ad illā horā ⁊ numerū hore in qua sol re
uertitur ad illū locū potest considerari ascen-
dens celi quolibet anno sicut factū fuit ꝑ na-
tiuitate: ⁊ consideranda sunt loca planetarꝫ
⁊ alia requisita ad figurā celi ⁊ ꝑ ante hoc po
test videri ⁊ debet q꞉ consilia non sunt de pre
teritis sed de futuris. Nā melius est preueni-
re ꝙ preueniri. Cuius rei exēplū habet̄ in li-
bro Guidonis bonati de partibus italie ꝑ̄pe
de forliuio qui suo tēpore magnus fuit astro-
logus ⁊ tantus ꝙ post ipm̄ non fertur fuisse
tantus citra mare de quo sit memoria. Ponit
em̄ in quodā libro suo qui notabilis est liber
inter astrologos ꝙ tēpore cuiusdā imperato-

ris romanoꝝ qui vocabať henricus a quo idē
guido habebat om̄i anno stipendia morando
in ciuitate bononieñ. ⁊ nō in alemānia vbi est
curia imꝑatoris qui imꝑator habebat mľtos
astrologos tam phisicos ꝙ alios i domo ꝑꝑa
qui laborabant ꝓ imꝑatore dando consilia ⁊
ꝑueniendo periculis futuris intantū ꝙ quo⸗
dam anno laborauerūt pro calculatione reuo
lutionis natiuitatis eiusdē imꝑatoris ⁊ fece⸗
runt vniformiter illi de domo imꝑatoris figu
ram celi consimilē sicut vnus fecit ita alter: ⁊
viderūt martē in eadē figura reuolutionis in
angulo terre que est dom⁹ quarta celi subtus
terrā ⁊ perpēderūt martē tūc fore male influ
entie: ⁊ hoc videbant per aliquos menses an
te horam reuolutionis natiuitatis ⁊ iudicaue
runt in descēsu practico imꝑatorē eodē anno
pati debere febres calidas de natura martis
⁊ in ista opinione cōuenerunt om̄es astrologi
de domo imperatoris: guido vero bonati exi⸗
stens ibidē habebat figurā natiuitatis impe⸗
ratoris ⁊ laborabat pro imperatore ad iudici
um reuolutōnis natiuitatis ⁊ fecit figurā per
ante reuolutōnem natiuitatis imperatoris: ⁊
repperit martē venturū ad quartā domū celi
⁊ tunc eū esse maliuole influentie: ⁊ descendē
do ad iudiciū practicuꝫ non iudicauit febres
calidas ex natura martis imperatori infligen⸗
das sed veneuuꝫ ministrandū imperatori ad
eum interficiendū: licet ante imperator mise⸗
rat eidē guidoni iudiciū cum celi figura astro
logorum in curia sua existentiū. consuluit igi⸗
tur guido per scriptū imperatori si qui hn̄tes
aut mutua colloquia secreta ⁊ hincinde re⸗
perti mutuo cōuenientes in curia sua depħē
derentur aut siqui coquinā non deputati acce
derēt ꝙ vni certissimo ⁊ fidelissimo sue curie
id exequendū cōmitteret: cui⁹ negocij execu⸗
tio ⁊ sollicitudo ab imꝑatore cōmissa est ma⸗
gistro hospitij: qui sollicit⁹ existens in expedi
tione commissi oꝑis repperit duos milites cu
rie imꝑatoris eē illarū cōditōnū tactarū. sepe
em̄ in secreto mutua habebāt vltra solitū col
loquia: ⁊ cū eoꝝ nō interesset coquinā intrare
sepi⁹ petierunt introitū in eandē. vnde ipsos
magister hospitij cepit ⁊ carcerib⁹ mancipa⸗
uit. vnde horū militū vno iohāne francisci no
minato nequaꝙ crimē patratiōis nephande
fateri volēte pluries tn̄ supplicio corꝑis tor⸗
to ꝑ industriā inuenerunt iusticie executores
quatin⁹ litterā confessionalē nomine dicti io⸗
hannis francisci facerēt quā ⁊ fecerūt ⁊ socio
eius monstrauerūt: qua visa ille secūdus mi⸗
les retulit hec v̾ba. Proditor ille ꝑm⁹ fuit cō
sentiēs in hoc patrocinatiōis seu patrationis
nephas: me semꝑ illi maledicto operi renitē⸗
te: quib⁹ verbis auditis executores iusticie ꝓ
positū habuerūt ⁊ ip̄os velut guido ex astro⸗
rum sciētia precognouit intentionē potionā⸗
di imꝑatorē repperrerūt. quare ipsi secrete pu
nitionis sentētiā inierunt: ⁊ hoc ne imꝑatoris
curia aliqualis infamie notā videretur incur⸗
rere. aliter etem̄ grauiorē iusticie sententiā in⸗
currissent. Et quia titulus loquiť de reuoluti
one natiuitatis cui⁹ natiuitatis hora ⁊ grad⁹
celi ignoratur: ideo ponenda est hic practica
ẜm sentētiā Ptholo. in quadriꝑtito suꝑ hora
nō certa estimatā ẜm verissimilē ꝯiecturā esse
horā tēporis natiuitatis cui⁹ practice duplex
est fundamentū. primū est ꝙ suꝑ hora incerta
equentur dom⁹ celi modo precisiori quo fieri
possibile est ⁊ planeť positis in suis locis inq̄
rendus est planeta qui fortior extitit i figura
facta suꝑ locū cōiunctōis aut oppositōnis lu
minariū precedētis dictā natiuitatē quo for⸗
tiori planeta inuēto debem⁹ cōsiderare locuꝫ
illi⁹ planete in figura natiuitať estimate quot
gra. ⁊ quot minu. ipse pertrāsiuit signi in quo
est eiusdē natiuitať tꝑe: tūc habeať ẜ ꝓ fūda
mēto ꝙ planeta q̇ fuerit fortior hora ꝯiūctōis
vel oppositionis ponatur in tali gradu illi⁹ si⸗
gni in quo fuit natiuitas estimata in quoto
fuit repert⁹ in aliquo signo. verbi gratia. Fuit
coniunctio luminariū precedens aliquā nati⸗
uitatē in quarto gradu capricorni mars ibidē
in loco cōiunctōis est ibi fortior ⁊ per ꝯseq̄ns
dn̄s. videndū est vltra ꝙtū mars perambula
uit in signo suo in quo reperiť hora natiuitať
⁊ detur exempli gratia ꝙ mars ꝑambulauit
6. gra. 52. minu. leonis. est ergo mars hora na
tiuitatis in fine. 7. gra. leonis. habebis hoc ꝓ
ꝑmo fundamento ꝙ planeta qui est fortior ce
teris in loco cōiunctōis hora coniūctōis per⸗
ambulauit seu inuenitur hora natiuitatis in
7. gra. signi in quo est dicta hora natiuitatis
non hora cōiunctiōis vel preuentiōis sed na⸗
tiuitatis ⁊ hoc est primū fundamentū. Secū
dum fundamētū hui⁹ inq̇sitōis veri gra. ascē
deñ. alicui⁹ natiuitať ⁊ de facto practicatuꝫ ē
tale: cōsiderari debet figura celi facta estima⸗

19

tione ꝓpinquiori modo quo fieri potuit ad inq̄
rendū ascendeñ. natiuitatis ⁊ videri in q̄ pte
celi est ille planeta qui fuit fortior in loco con
iunctōis ⁊ hora coniūctōis ⁊ cui duoꝝ angu
lorum scꝫ ascendeñ. ⁊ medij celi sit ipe plane
ta ꝓpinquior. Ut exempli gratia sit ipe mars
inuentus ſm figurā estimatiuā ꝓpinquior an
gulo. 10. domꝰ. ergo. 7. gra. signi estimatꝛ prin-
cipiū. 10. domꝰ. ⁊ si ipse planeta esset inuētus
in hora natiuitatis ꝓpinquior angulo ascen-
deñ. formaretꝛ tota figura celi sic ꝙ septimus
gradus signi estimatiui esset ascendeñ. ita ꝙ
de. 30. gra. alicuiꝰ signi qui oēs sunt dubita-
ti in ꝑncipio operatiōis aut ꝓpter defectū ho
rologioꝝ aut indiligentiā illoꝝ qui debebāt
aduertere ad punctū hore natiuitatis reperi
tur per istā viam vnus ⁊ ꝓprius ⁊ indubitatꝰ
per fortitudinē loci coniūctōis vel oppositio-
nis ⁊ per ꝓpinquitatē eiusdē planete duorꝫ
anguloꝝ hora natiuitatis. Et ad pleniꝰ decla
randū ponitꝛ aliud exemplū. Fuit presentata
de facto quedaꝫ natiuitas que natiuitas fuit
anno fluente dñi. 1381. cōpletis. 26. diebus fe-
bruarij. 21. hora die mercurij q̄ fuit. 27. februa.
hora iouis ⁊ facta fuit figura cōiunctiōis so-
lis ⁊ lune immediate ꝑcedentis hanc natiui-
tatem que coniunctio fuit in piscibus. 15. gra.
16. minu. ⁊ ibidē venus extitit fortior haben-
do triplicitatē ⁊ exaltationē in loco cōiunctio
nis ⁊ hora natiuitatis predicte estimate venꝰ
fuit in. 2. gradu. 12. minu. aquarij scꝫ in. 3. gra.
aquarij prope angulum medij celi: fuit ergo
sic processum via artis sequendo viam natu-
re ꝙ tertius gradus aquarij fuit repertꝰ initi-
um. 10. domꝰ ⁊. 22. minu. eiusdē. 3. gra. qꝛ venꝰ
hora natiuitatis fuit inuēta prope angulum
medij celi: immo in cuspide anguli ⁊ si figura
celi ꝯtineret plenam veritatē. 12. minu. 3. gra.
aquarij esset principiū. 10. domꝰ: sed composi-
tores tabularū nō potuerūt ad tantas deueni
re fractiōes: ideo sufficit posterioribꝰ artistis
quia de. 10. minu. non est vis magna in opere
Et est hic notandum ꝙ al am practicā ponit
Ptholo. in suo centiloquio verbo. 51. locus lu
ne in ipsa natiuitate est gra. ascendeñ. de cir-
culo hora casus spermatis ⁊ locus lune hora
casus spermatis est gra. ascendeñ. hora nati-
uitatis. ¶ Et ē notandū ꝙ circa hoc triplex ē
mora puerorū temporis in ventribus matruꝫ
videlicet maior mora: media mora: ⁊ minor.
Mora maior est. 287. dierum. Media mora
est. 273. dierū. Minor vero mora est. 258. die-
rum cum aliquibꝰ horis ⁊ minutꝭ horarū a ca
su spermatis vsqꝫ ad horā natiuitatis qḋ tem
pus dicitꝛ breuius fieri circa octo menses quo
ad natiuitates hoīm. ⁊ hec doctrina Ptholo.
tradita hic in centiloquio securior est q̄ꝙ alia
doctrina de quadripertito eiusdem ptholo. in
querendo animodar natiuitatꝭ ꝑ multiplicati
onē dignitatū essentialiū planete fortioris in
loco cōiūctiōis vel oppositōis lune imediate
ꝑcedētis ⁊ hec via operandi est facilior habē
tibꝰ vera planetarū loca ad magnū tps ⁊ ex-
pedit astrologo ⁊ vltra hꝰ seu vltra natiuitates
speciei hūane ē via gñalis in cūctis speciebꝰ
aīaliuꝫ siue ad tres menses siue ad maiꝰ siue
ad minꝰ. ista ē regula generalis sic certa ꝙ nō
fallit nisi esset abortiuū ꝙ semꝑ ille locꝰ de cir
culo none sphere sub quo ē luna hora casus
spermatꝭ est gradus celi ascendeñ. in cōtactu
orieñ. hora eiusdē natiuitatis cuiuscunqꝫ ani
malis qua hora egreditꝛ ab vtero matris: ⁊ sic
reuertendo doctrinalitꝛ ad natiuitates hoīm ꝑ
horā natiuitatis pōt sciri hora generatiōis et
mora fetꝰ in vtero matris ⁊ multa alia accidē
tia circa ꝑsentē materiā. Et circa hanc mate-
riā est vlteriꝰ sciendū ꝙ scita natiuitate alicu-
ius ⁊ habito gra. ascendeñ. ⁊ alijs domibus
ad cliuna tuū vel tuū meridianū multa pote-
ris iudicare in reuolutōibꝰ annoꝝ de accideñ.
contingeñ. nato vt puta si veniret eclipsis so
lis vel lune in gra. ascendeñ. nati vel ꝓpe ad
duos vel tres gra. ante erit in periculo natus
ne infra dimidiū annū vel citiꝰ aliq̄d horren-
dum eueniat ei in corꝑe: ⁊ fortiꝰ si sit eclipsis
solis in angulo ascēdeñ. scꝫ in cuspide ad tot
gra. sicut dictū est: ⁊ si sit post nō erit adeo ꝑni
ciosum accñs est tamē in periculo. dicitꝛ etiaꝫ
de marte idem ⁊ de saturno sed nō tantū si in
reuolutionibus annoꝝ veniant ad gra. ascen-
deñ. vel ꝓpe sicut dictū ē maxime si fuerit in-
fortunati retrogradi vl' cōbusti. etiā mlt'a alia
possunt deduci ad istaꝫ materiā de ascendeñ.
nati ⁊ de reuolutōibꝰ annoꝝ vt si applicuerit
finis ascēdeñ. natiuitatꝭ alicuiꝰ ad domos ma
las iminet ſuꝑ dedecora ⁊ malā famā ⁊ plus
si in domo illa mala fuerit planeta malꝰ. ⁊ he
ad ꝓpositū sūt domꝰ male de angulis. 4. ⁊. 7.
de post angulos. 6. 8. ⁊. 12. ⁊ bone sunt ascen.
5. 10. ⁊. 11. ⁊ cetere sūt neutrales ꝙ si in his bo

nis domib⁹ fuerit bon⁹ planeta augebit bonã famã ⁊ honorẽ sed si in bonis domib⁹ fuerit mal⁹ planeta ⁊ in malis domibus bonus erit res mixta.

Argumentũ tertij cap̃. tertie dr̃ie.

¶ Tertiũ capl'm huius tertie dr̃ie qꝛ reuolutio natiuitatꝭ ⁊ hora natiuitatꝭ cõiter ignoratᷣ: ideo ostẽdit qualitᷣ pnosticatᷣ super cura infirmoꝝ per questionẽ aut ꝑ aggressuꝫ infirmitatis considerando ⁊ inquirendo tunc influentiam celi.

Via vt dictuꝫ ẽ

q reuolutio natiuitatꝭ cõiter ignoratur ⁊ quãdoqꝫ dies mensis annus ⁊ hora: ⁊ si annus sciatᷣ nõ ꝓptᷣ hoc aliqñ mẽsis vel dies ⁊ per cõsequẽs hora ignoratᷣ ideo astrologi antiq̃ veniẽdo ad curã infirmoꝝ habuerũt aliter pnosticare ⁊ ꝓuidere remedio iuxta posse ⁊ hoc ꝑ duplicẽ viã. Et pͥma via est aggressio infirmitatꝭ cõsiderando horã ⁊ punctum hore in q̃ infirmitas inuasit egrũ ⁊ q̃ potest hr̃e certitudinalitᷣ pͥncipiũ aggress⁹ infirmitatꝭ instã põt pͥdicere de ip̃a infirmitate ⁊ d̃ remedijs oportunis ⁊ videre si infirmitas sit curabilis an nõ: ⁊ aliqñ est deceptio ex parte egri: qꝛ ip̃e dicit pͥncipiũ sue egritudinis in ali qua hora vt puta in hora post mediã noctẽ et pͥncipiũ aggressus infirmitatꝭ fuit ad duas vel tres horas ante: qꝛ eger ꝯsiderat horã in q̃ incepit vinci a morbo ⁊ ꝑ pri⁹ fuit aggressus scꝫ qñ fuit facta pͥma motio infirmitatꝭ ⁊ hoc notetur diligentᷣ. Et suꝑ tali pͥncipio debꝫ fieri figura celi q̃ figura ⁊ dispositio celi oñdit mortem vel vitã egri: ⁊ h̃ intellige de q̃cunqꝫ specie egritudinis videre: ⁊ si infirmitas sit longa vel breuis ⁊ si nõ bñ habeatᷣ pͥncipiuꝫ aggress⁹ infirmitatꝭ totũ iudiciũ deficiet ⁊ videbitur astrolog⁹ deficere ⁊ nõ est defect⁹ ei⁹ sed egri male recitãtis pͥncipiũ egritudinis. si v̾o bñ hẽatᷣ pͥncipiũ aggress⁹ infirmitatꝭ ⁊ ꝑquiratur ad eandẽ horã dispositio celi ista via est securioꝛ ꝓcedẽdi ad iudiciũ ꝙ̃ a via q̃ fit ꝑ q̃stionẽ. Secunda igitᷣ via talis eẽ dinoscitᷣ veniet ad astrologũ nũci⁹ ꝓ ĩfirmo ⁊ ꝓponet q̃stionẽ de cura infirmi: tũc astrolog⁹ cõsiderabit diligentᷣ horã pͥsentatiõis nũcij ⁊ q̃stionis ⁊ applicatiõis nũcij ad eũ scꝫ astrologũ ⁊ ꝑq̃ret astrolog⁹ ad eandẽ horã ⁊ punctũ hore ꝑ horologiũ bene ordinatũ vel per instrumenta astrologica si sol luceat: aut de nocte ꝑ eleuationẽ stellarũ visibiliũ astrologo notarũ horam ⁊ punctũ hore ⁊ videat ordinationẽ celi duodeci domoꝝ ⁊ planetarũ quẽlibꝫ planetã locando in loco proprio. Et hic nota de questione ꝙ questio fundatᷣ in istis pͥncipijs influentia celi mouet querentem ⁊ disponit in illa hora citi⁹ ꝙ̃ in alia ad querendũ. disponit qꝫ astrologũ cui queritᷣ ad ip̃am questionẽ capiẽdam: ⁊ sic vi quadã influẽtiali celi voluntates querentis ⁊ ei⁹ cui q̃ritᷣ quodãmodo vniuntur Si diceres q̃stio cadit sub arbitrio querentis ergo nõ cadit sub influẽtia celi. ad qꝺ dicitur ꝺm dictũ leopaldi ꝙ est ·x^ca tractat⁹. 8. de q̃stionib⁹. ⁊ est hũana ꝯditio interim amoꝝ instinctu celestium corpoꝝ imitari naturã ⁊ ordinem nõ desistit: ⁊ ob hoc q̃le est in circulo tale est in aĩo: qꝛ vult⁹ hui⁹ seculi subiecti sunt vultibus celestib⁹ iuxta verbũ. 9. ptholo. in suo centiloquio: ⁊ ideo q̃stionũ respõsio rata est. ⁊ debꝫ q̃stio ꝓprie illa que debꝫ fieri de reb⁹ arduis esse radicalis. i. spacio. 24. horarũ in mẽte querẽtis radicata: ⁊ addũt quidã cuꝫ confidentia querentis de veritate responsionis ab astrologo obtinenda sed fortasse non tantũ in questionib⁹ egritudinũ egebimus cerimonijs Huius rei veritatẽ approbat guido bonati videlꝫ ꝙ questio sit radicata sic dicens. Mod⁹ querendi est inuocato nomĩe dei ⁊ questione habita per diem ⁊ noctẽ in mente accedat intentione veraci ad astrologum: ⁊ postea ipse addit ea que sequuntur que notentur suis locis. Expertus sum pluries ⁊ inueni verum quando hora interrogationis finem alicuius signi inueni in linea orientali scꝫ ꝙ ascendẽs fuit inter finem vnius signi ⁊ principiuꝫ alterius signi dicebam ꝙ querens non querebat ex intentione aut ꝙ querebat causa temptandi. Alio modo potest astrologus errare: vt si dominus ascendentis ⁊ domin⁹ hore non fuerint idem vel non fuerint eiusdem triplicitatis vel non sint eiusdem complexionis cum ascendente. si enim ita inueneris non erit questio radicalis. Hec expertus sum multotiens quoniã res exit ꝺm qualitatem sollicitudinis interrogantis ⁊ ꝺm ꝙ ipse venerit ad te sub necessitate quasi tristis aut cogitans aut sicut sperans ꝙ tu possis ⁊ scias respõdere ei veritatẽ ad q̃stionẽ suã illũ em̃ potes aspicere secure. ⁊ dicit idẽ pauloante si equales fuerint

fortune ⁊ infortune tunc astrologus nō debʒ recipere aliquā q̄stionē ⁊ dic̄ idē ſm̄ messeha lac ꝙ astrolog⁹ nō debet aspicere sibi ipsi ne forte decipiatur in re sua quoniā vix fiet quin ipse habebit remorsum de ascendēte. Unde oportet ꝙ interroget alium astrologū aut det questionē suam alteri vel scripto vel sine scri pto tali videlicet qui sit sollicitus de re sua ⁊ ꝙ ille porrigat eam sibi iteruʒ suo motu quā dovoluerit vel ponat in mēte sua dicens quā do occurrerit mihi tale signum sit pro ascen dente questionis quā facere intendo pro me. Et nota circa hoc ꝙ aliquando potest esse de fectus qui accidit ex parte querentis si veni at tentatiue vel derisorie: ⁊ circa hoc conside ra si luna sit in fine signoruʒ ⁊ maxime signo rum cōmuniū aut duplicium corporum quod idem ē seu mobiliū. Caueat astrologus quia cōmuniter qui venit ad eum ⁊ ei applicatur ad querenduʒ cōmuniter venit ad decipien dum ⁊ tēptandum ⁊ iste defectus est ex parte malicie querentis. Alter defectus potest esse ex parte influentie celi. ⁊ illuʒ tradit Ptholo meus in centiloquio verbo decimoq̄rto sic in quiens. Motus erit error astrologi si septima domus celi ⁊ eius dominus fuerit impeditus ⁊ subditur in cōmento cum sit ascendens ⁊ eius domin⁹ significatores interrogātis septi ma ⁊ eius domin⁹ erūt significatores rei que site: cum igitur infortunati fuerint significāt maliciam quā consequitur astrologus in re il la pro qua interrogatur: ⁊ prima pars est vt fi at error illi in re q̄sita. astrologi vero indi quā do infortunati fuerūt septima ⁊ ei⁹ dn̄s inter rogationē differebāt ⁊ loqui de illa timore er roris. Alius defectus est ex parte astrologi im periti in scientia astroruʒ qui est defectus ma ior ⁊ cōmunior: cum multi nempe ignorātes principia astrologie se astrologos faciūt ⁊ hi si quid iudicent a casu iudicant ⁊ eisdem ple runq̄ʒ error contingit ⁊ nimirū cum vnicuiq̄ʒ inerudito ⁊ in sua scientia inexperto idipsuʒ frequentissime contingere videatur. Preter istas tres vias potest astrologus decipi si sit nimis affectatus ad aliquā partem nō prose quendo veritatem: vt tangit Ptholomeus in centiloq̄o verbo duodecimo sic dicens. Amor ⁊ odium remouent hoīem a rectitudine. ma gnanimus ꝑpendit magna sed pusillani mus magnificat parua: ⁊ est equalitas inter vtrūq̄ʒ: cuius verbi cōmētū est tale. duas esse infirmitates anime a philosophis deprehen sum est a bona rei discussione illam prohiben tes. Parcunt em̄ pro amore rebus multis q̄s scrutari debent ⁊ scrutātur cum odio qd̄ nūq̄ perficietur propter malam significationē. ob hoc autē phisicis ⁊ astrologis a grecorum re gibus donatiua dabantur: vt eorū rata essent iudicia ⁊ non timerent aliquos ⁊ remouerē tur eorum sollicitudines ⁊ ne dignitas honor vel diuitie eos a via auerterent rectitudinuʒ ⁊ magnanimus nō discutit magna sed p̄terit propter suaʒ animositatē. pusillanimus vero animū imbecillē signat: ⁊ ille versat̄ circa mi nima: ita vt longa eius contētio eum a maio ribus impediat: animus vero cōmendatur in om̄i scientia q̄ medi⁹ est inter has vtrasq̄ʒ na turas: ⁊ ad hec multū valet discretio hore pla netarum: nam si querens applicet̄ astrologo in hora planete maliuoli vtputa saturni aut martis suspitio potius est ad malum q̄ ad bo num ⁊ maxime si planeta maliuolus sit aliun de impeditus ⁊ retrogradus aut combustus aut in casu suo vel cadens ab angulis: ⁊ hoc intelligendum est etiam de applicatione cu iuscunq̄ʒ ex parte alicuius egrotantis siue viri nam deferentis aut de ipso egro querere vo lentis nō etiam visa vrina suspitio est ad ma lum egroti licet non sit testimonium.

Argumentū quarti cap̄. tertie differētie.

Capitulum quartum est de declaratione domorum celi que ostendunt influentiam su per egro ⁊ medico ⁊ medicinis ac natura in firmitatis.

Circa materiaʒ ⁊ inquisitionem domorū celi que pertinent ad egrum ⁊ ad medicū ⁊ ad alia que sunt de factis medicorum ac de natura infirmitatis. Sciendum sequendo Ar naldum de villanoua qui videtur loqui in ista materia magis proprie ⁊ clare ⁊ copiosius q̄ antiqui astrologi. Ipse em̄ notat quattuor do mos celi ad propositū: videlicʒ primā que di citur ascendens: ⁊ angulum medij celi que di citur. 10. ⁊ septā ⁊ quartā domū celi que dicit̄ angul⁹ terre. Et circa istas quattuor domos ipse considerat ea que accidūt infirmis ⁊ eis accidere possunt. Nam prima domus que est ascendens ⁊ eius dominus assignatur egro.

domus.10.celi assignatur medico.sexta dom⁹ assignat̃ infirmitati. quarta medicinis et apothecarijs ꝛ quibuscũqꝫ seruitoribus infirmoꝝ:excipiendo medicuꝫ qui pro se habꝫ.10. domũ.Et sensus est iste. si prima dom⁹ que ē ascendēs habuent bonos planetas sub se et bene fortunatos ꝙ nõ sint retrogradi nec cõbusti aut quomodolibet aliter īfortunati eger erit boni reginimis ꝛ obtemperabit.i. obedit medico et amicis ꝛ suis seruitoribus ꝛ iuuabit se ad curā ꝙ̃tum poterit.si vero in ascēdeñ.sit malus vel infortunatus patiēs sibiꝑ si nocebit ꝛ erit mali regiminis ꝛ inobediēs suis rectoribus.Si vero in decima domo que significat medicuꝫ sit mal⁹ vel infortunatus planeta medicina nõ ꝓficiet egro:ꝛ cũ b̄ dato ꝙ bene faciet medicus incriminabit̃ a vulgo de opere ꝛ dictamine suo circa dictũ infirmũ dicendo ꝙ eius culpa eger nõ potuit sub leuari dato ꝙ nõ sit culpa medici:vtputa si in firmitas est ad mortem vt est sepe: et põt cognosci per aggressum infirmitatis bene habitum aut per questionē veracem vt exēpli grã tangēdo vnũ incõueniens.si dñs ascen.figure celi cõiungatur dño mortis sine receptione et multe sunt alie vie de quib⁹ dicetur suo loco.❡Sexta dom⁹ celi et dñs eius ostendunt infirmitatem ꝛ causam infirmitatis:vt exempli gratia si sexta dom⁹ sit de signo terreo ostēdit causam infirmitat̃ ex frigiditate: ꝛ sit mulia et morb⁹ mulieus:si de signo aereo significat egritudinē esse ex caliditate ꝛ humiditate ꝛ ꝑ ꝯsequens ex sanguine ꝛ ex morbis sanguinis si sit de signo aqueo significat causaꝫ infirmitatis esse ex frigiditate ꝛ humiditate et per ꝯñs ex fleugmate et ex morbis fleumaticis.si vero sit de signo igneo significat causam infirmitatis esse de caliditate et siccitate et per ꝯñs ex colera ꝛ ex morbis colericis:et si malus planeta vel infortunatus sit in ea significat egritudinē ad malũ determinari debere vel saltem maliciā illius morbi designat ❡Quarta aũt domus et dñs eius significat medicinā.si igitur ipsa impedita fuerit ꝑ presentiā mali planete in ea aut impediti significat ꝙ aut medicina talis est ex rebus nimis antiquis aut nõ valentib⁹ ꝯposita:aut ꝙ vel ab apothecario cõburētur aut aliter indebite prepar ētur: aut ꝙ ab ipsis ministrantib⁹ ipsi egro indebite ministrabũtur.Et de dñis predictarũ domoꝝ intelligendũ ꝙ si mali aut impediti fuerint suspitionē mali dant fm exigētiam ipsarũ dictarũ domoꝝ.❡Cõsiderandũ tñ circa dicta ꝙ videtur prima facie esse controuersia inter ptho^m^.et arnaldũ de villanoua de domo significāte sup medico:vñ sentētia arnaldi de villanoua nũc recitata est. sed sentētia ptho¹.in centiloquio verbo.57.est ꝙ si.7.domus ꝛ domin⁹ eius sint impediti significat errorem ꝛ turbationem medici circa curam infirmi.sic eniꝫ inquit.Cuꝫ fuerit.7.ꝛ ei⁹ dominus impediti remoue medicum ab egro et vult cõmentũ ꝙ cum dom⁹.7.et eius dominus sunt impediti significat errorem ꝛ turbationem medici erga curam egri. Sententia aũt arnaldi videtur rationabilior ꝛ magis declarata:ꝛ intellige omnia dicta hec de ho:a questionis vel de hora inuasionis egritudinis de hora aũt inuasionis principalius sunt intelligenda.Concordari aũt possunt hi doctores hoc modo:qꝛ ptho⁹.vult ꝙ.7.et eius dñs iudicant profectũ quē medicus faciet infirmo qꝛ si fuerit impedita et dñs eius medicus turbabit̃ nec videbit vt cõsueuit in ope:sed si sit bonus planeta in.7.vel dñs eius cum bono aspectu ad dñm ascendeñ.ꝓficiet medicus egro:sed decima ꝛ eius dñs ostendũt iudiciũ medici ꝛ declarant diligentiam scientiam vel ignorātiam ꝛ famam medici quā acquiret erga vulg⁹ et fortunā adiutorij a cursu celesti casu vel fortuna seu arte si ars ad eius reginē cõcurrat:qꝛ si sint infortunati medicus inculpabitur ꝛ criminabit̃ iuste vel iniuste si sit oppositũ laudabitur ipse.❡Ex duobus modis supradictis sumēdi ascendēs et cõstituendi domos celestes pro iudicio egritudinum possunt addi duo modi min⁹ principales.Prim⁹ est cõsiderare horā applicationis nũcij ex parte egri requirētis medicum ad curam vel portantis ei vrinā.Secũdus est considerare horam applicationis medici ad egruꝫ:et hic est notandũ ꝙ si dñs sexte domus sit retrograd⁹ vel combustus vel in domo mortis coniūctus marti vel saturno et sine receptione scꝫ cũ nõ recipitur dñs sexte a dño domus mortis est signum mali.Et hic nota ꝙ est differentia inter signum mali et signũ mortis quia signũ mali nõ sp arguit mortem:sed tñ qñqꝫ vnũ signuꝫ mali potest significare mortē qñ est multũ potens et nõ sunt testimonia sanitatis ad oppo

21

situm mali de cõmuni cursu duo vel tria signa
mali fm eoꝝ fortitudinẽ possunt arguere mor
tem velut late declarabitur in caplo sequẽti.
¶ Item sciendũ ꝙ si sexta domꝰ sit de signo
fixo significat longitudinez egritudinis. si de
mobili significat abbreuiationem. si cõe sit si-
gnificat differẽtiam: pro quo considerandum
est ꝙ si. 10. gra. precedentis signi de duobꝰ si-
gnis cõstituentibus domũ sint de domo aliq̃
tunc tota domꝰ est ab illo signo denoianda.
si vero tres aut quattuor essent principiũ do
mus tunc domꝰ nõ esset denoianda ab illo si
gno primo: sed a sequẽti: verbi gratia dec̃ ꝙ
10. gra. vel adhuc. 9. gra. tauri essent principi
um sexte domus tota domus principaliter de
noiaretur a tauro: ⁊ sic de alijs domibus. si ve
ro nõ essent nisi tres aut q̃ttuor gra. sexte do-
mus nõ denoiaretur a tauro: imo a sequẽte si
gno scz a geminis. Item itelligendũ est ꝙ si
saturnus sit dñs sexte domꝰ infirmitas debet
esse ꝓlixior: q̃ꝫ si mercuriꝰ vel venus vel luna
haberent dominiũ sexte domꝰ qꝛ mobiliores
sunt q̃ꝫ saturnꝰ. Ita ꝙ tarditas motꝰ planete
seu velocitas que duplex est consideranda in
hac materia. prima est qua videlicet vnꝰ pla-
neta tardior est altero in suo motu vt saturnꝰ
tardior est alijs: ⁊ secũda superiꝰ est declarata
quãda videlicet planeta minus mouet̃ in die
naturali suo medio motu. Et qꝛ nõ sufficit ad
complementũ huiꝰ tractatus tangere solum
domos accidẽtales celi que faciũt ad decla-
rationẽ infirmitatuz: sed etiã expedit aliquid
scribere generaliter de duodecim domibꝰ celi
et de significationibꝰ earũ: nõ paucis ꝑcurrã.
¶ Prima domus cuius initiũ oritur i circulo
hemisphenj orientalis vocatur acalie. i. ascẽ-
dens ⁊ hec significat corpora et vitam ⁊ ini-
tia operationũ de interrogationibꝰ scz oratio-
ne locutione et rumoribus ⁊ quicq̃d cogitat
in animo suo interrogans ⁊ significat initium
vite in natiuitate: qꝛ dñs triplicitatis ascẽdẽ
tis. ꝑmꝰ sig̃t vitam et naturas nati seu inter
rogãtis et eius delectationes seu voluptates
et quid diligat ⁊ quid odio habeat ⁊ quid bo
ni seu mali esse inueniet initio vite sue: ⁊ dñs
triplicitatis scd̃s significat vitam ⁊ corpus ⁊
virtutem seu fortitudinẽ ⁊ medietatem vite:
et dñs triplicitatis tertius significat id qd̃ sui
socij significauerunt ⁊ significat finem vite.
Item prima domus significat querẽtem vel
pro quo est questio ⁊ generaliter agentem ⁊
significat prima domus initiũ corporis ⁊ vite.
¶ Secũda domus est domus sube et victus
et ministroꝝ et finez annoꝝ vite significat idẽ
finem iuuẽtutis. de dñis triplicitatis domus
sube: de primo. s. secũdo ⁊ tertio vide quis eo
rum sit fortior i esse ⁊ hũc facies merito aucto
rem sube et significatorem acq̃sitionis eiꝰ: qꝛ
si fuerit in medio celi inueniet hanc a rege vl'
a ꝑncipe vl' ab hoie magne auctatis: ⁊ si fuerit
i domo fidei erit meliꝰ. similiter dñs triplicita
tis primꝰ dat subam i'initio vite secũdꝰ in me
dio. ⁊ tertius in fine eius. ¶ Item secũda do
mus est census ⁊ mercationuz sube et victus
vt predictum est.
¶ Tertia domus est domus fratrũ soroꝝ pro
pinquoꝝ et dilectoꝝ fidei ⁊ religionis manda
toꝝ legatoꝝ mutationũ itinerũ minoꝝ signifi
cat esse vite ante mortem. dñs triplicitatis do-
mus fratrũ primo significat fratres maiores:
secũdus medios: tertiꝰ minores. enitq̃ꝫ eoruz
dignitas ⁊ eoꝝ esse fm loca eoꝝ. ¶ Item ter-
tia domꝰ est auxilij epl'arum ⁊ nũcioꝝ: ⁊ ẽ fra
trum ⁊ sororum vt dictum est.
¶ Quarta domꝰ est patrũ. ⁊ hereditatum fi
nis rerũ et thesauroꝝ et omniũ absconditorũ
et occultoꝝ et significat de esse vite hoim finẽ
dñs triplicitatis domꝰ patrũ primus signifi-
cat patres. scd̃s significat ciuitates ⁊ terras.
tertiꝰ fines rerũ ⁊ carceres. ¶ Item quarta
domꝰ significat finem questionis et locum: et
domus patrũ matrũ et hereditatũ vt tactũ ẽ.
¶ Quinta domꝰ filioꝝ et delectationũ ac do-
nationũ: et significat quid sit futurũ post mor
tem ex laude vel vituperatione. dñs triplici-
tates domus filioꝝ. primꝰ filios significat ⁊ vi
tam. scd̃s delectationẽ. tertiꝰ legatos. ¶ Itẽ
quinta domꝰ est gaudij et legatoꝝ vestimẽto-
rum ciborum et donationum.
¶ Sexta domus est domꝰ infirmitatum ⁊ ser
uorũ significat finẽ vite et quid futurũ sit an-
te senectutem. dñs triplicitatis domus infir-
mitatũ. primꝰ significat infirmitatẽ et qualitu
dines seu lãguores ab infirmitatibꝰ ⁊ malis.
scd̃s significat vernaculos ⁊ seruos. tertiꝰ q̃d
inueniet ex eis et eorum vtilitatem ⁊ opera: ⁊
est significatiuꝰ bestiarũ ⁊ pecorum omniũq̃ꝫ
quadrupedum ac fortitudinis eorũ multitu-
dinis et paucitatis eoꝝ moribus eoruz in ma
nu eius vel aggressionis et illoꝝ ab eo carce-

res quoqꝫ ac detentiones. ¶ Item sexta domus est periculi laboris et tristicie infirmitatum ⁊ sanitatum.

¶ Septima domꝰ est domus mulierū nuptiarū cōtentionū participationū ⁊ significat mediū finis vite erga senectutem. dn̄s triplicitatis domꝰ nuptiarū. primꝰ significat mulieres secūdus cōtentiones. tertiꝰ comestiones ⁊ participationes. ¶ Item septima domꝰ est patiētis vt si castrū esset obsessum. prima domus significat inuadētem. quarta locum seu castrū et septima illos q̇ sūt obsessi in castro. Itē significat furem fugientem ⁊ exulem.

¶ Octaua domꝰ est mortis ⁊ significat timorē et mortem atqꝫ almanenich. i. subas et hereditates mortuoꝝ quas deberēt heredes habere post mortem eoꝝ ⁊ significat annorū finem vite post senectutē. dn̄s triplicitatis domus mortis. primꝰ significat mortem. scd̄us preceptū vel res antiq̄s. tertiꝰ almanenich. i. que hereditanda sunt a mortuis sicut superiꝰ diximus. ¶ Itē octaua domꝰ significat bella bellicos clientes: auxiliatores: calliditates: questum.

¶ Nona domus est domus peregrinationū et itinerū maiorū fidei ⁊ religionis sapientie phie libroꝝ epl̄arū legatoꝝ narrationū ⁊ sōniorū et significat dimidiū vite. dn̄s triplicitatis domꝰ pegrinatōis. primꝰ significat pegrinationē et omne qđ accidit ei. et scd̄s significat fidē ⁊ religionem ⁊ valitudinē harū atqꝫ mod̄ tertius est significator sapiētie sōnioꝝ stellarū auguriorū ac ṽitatū eoꝝ scꝫ existentiū in eis ac mendacijs. ¶ Item nona domꝰ significat ecclesias pbendas epl̄as legatos pecunias studia sōnia sciam ⁊ electōes fic̄das.

¶ Decima domus est domus regia ⁊ operū sublimationis ac exaltationis regni ⁊ memorie et vocis. s. imperij ⁊ magisterioꝝ ac matrū: ⁊ significat dimidiū annoꝝ vite. dn̄s triplicitatis domꝰ regie. primꝰ significat opꝰ et exaltationes. i. sedē sublimationē et mansionē altissimā. scd̄s vocem iperij et audaciā in eadē. tertius stabilitatē eius ⁊ durabilitatem ¶ Item decima domus significat artes hominum ⁊ eorum magisteria ardua negocia substam furtum sublatam et insidias habitationes nobilium et alta loca.

¶ Undecima domus est domus fiducie fortune laud̄ amicorū ministroꝝ et auxiliatorū et significat finem annorū medietatis vite et post medietatē vite. dn̄s triplicitatis domus fiducie. primꝰ significat fiduciā. secūdꝰ amicos. tertius vtilitatem seu profectus eorum. ¶ Itē vndecima domꝰ est domꝰ fortune amici et amice substam regis significat redditꝰ et tributa regis ⁊ principis: q̄r est scd̄a domꝰ a domo regia et significat virū regi succedētem milites vel pedites post aliquā potestatē secundā et omne in quo fiducia habetur ad rem separatam.

¶ Duodecima domus est domꝰ inimicoꝝ laboꝝ tristicie inuidie calliditatū susurrationū ingenioꝝ falsoꝝ ⁊ bestiarū ⁊ significat vite finem et qđ contingat matribꝰ in conceptionē sua ex bono vel malo. dn̄s triplicitatis domꝰ inimicoꝝ. primꝰ significat iīmicos. secūdꝰ laborem. tertiꝰ bestias et pecora. ¶ Itē duodecima domus significat iurgia mendacia potationes periuria meretrices ⁊ psonas abiectas ac lusores taxilloꝝ ⁊ est hec in generali significatio duodecim domoꝝ celi que variātur omni instanti.


Argumentū q̇nti capl'i tertie dr̄ie.

¶ Capitulū quintū versat̄ in declaratōe planetarū influentiū super varios morbos ⁊ de cognitione an morbi sint curabiles an non.

Equit̄ declara:

S tio planetarū et graduū celi influētiū super varios morbos, et nota hic ꝙ hic nihil tāgit̄ de morb̄ illaꝝ a deo: de q̄bus sacra scptura satꝭ loq̄tur, ſ̄ de morbis puenientibus cursu nature ⁊ influentia celi super istis īfirmitatibꝰ naturalibꝰ est notandū ꝙ alique infirmitates hūam corpis non semp durant ⁊ dolorē inferūt sicut ylica colica podagra cyragra gutta ⁊ silia: aut semp durant et dolorē nō inferunt sicut cecitas surditas gibbositas membroꝝ mutilatio et silia: aut semper durant ⁊ dolorem inferūt sicut cōtinua febris acuta et ꝯsil'es morbi. īfirmitates que leuiter pn̄t curari et in breui tp̄e mensurant̄ influentia lune vt febris acuta: sed que diutius durant vt quartana mensurantur motu solis licet minera proueniat a saturno: cura tamē et tempus cure mensuratur ab influentia sol' Ulteriꝰ ꝯsiderandū est ꝙ vnusquisqꝫ planeta sig̃t ꝓprias īfirmitates ſm ꝓpriā ꝓpetatē ⁊ īfluentiā q̄ infirmitates ſm s. g ⁊ gra. azemēa

lucidos vl' tenebrosos ãgl'os succedẽ. vel cadẽ. augmentant durãt crescunt vel decrescũt
¶ Unde saturni egritudines sunt ptisis catarrus febris ethica splenetica ydropisis ventris solutio et graviores morbi ut lepra maxime elephantia podagra cancer et similia: et q̃ magis proveniunt ex frigiditate.
¶ Jupiter significat squinantiaz piplo. pleuresim apoplexiam spasmũ cephaleam litargiaz cardiacam ⁊ generaliter omnes infirmitates que proveniũt ex abundantia sanguinis vel corruptionis eius ut sunt cynochus synocha et similes egritudines.
¶ Mars significat infirmitates epatis febres tertias cõtinuas epidimiam emigraneã heri sipilam qđ est apud colericũ aborsus putredinem ⁊ omne qđ ex calore nimio calorẽ ⁊ dolorem infert colerã maxime rubeam et ĩfirmitates provenientes ex ea.
¶ Sol habet influẽtiam supra fluxũ reumatis descendentis ad oculos ⁊ super oris lesionem ⁊ super morbos siccos et calidos qui nõ proveniunt ab influentia martis.
¶ Venus habet influentiã super morbos frigidos et hũidos ut sũt aposteã fistule humores superfluitates maxime circa genitalia ⁊ mulierum pudenda.
¶ Mercurius habet mentis perturbationẽ maniaz maliam epilentiam, precipitationem tussis et sputi abundantiam.
¶ Luna habet paralisim: vultus obliquitatẽ membrorum cõmotionem et que ex opilatione nervorum proveniunt.
¶ Et nota quãdo dñs ascenden. vel luna vel pars fortune fuerint in gra. aze. vel tenebrosis vel putealibus significat infirmitates radicatas. In gra. lucid recentes: ⁊ peius significant in his signis arietis cãcri scorpionis capricorni et piscũ et quãdoq3 in his signis significant lepraz aposteã pustulas scabiẽ impetiginem ⁊ serpiginẽ sm formas domorum et graduũ in quib' reperti fuerũt dñs ascen. luna et pars fortune. Preter ista cõsiderãda ẽ luna in singul' signis: ⁊ si sit lũa in ariete cũ marte aut sole erit infirmitas in capite ⁊ dolebit ei pulsus capitis et febrẽ calidam patietur et anxietatẽ et vix loqtur: in pectore nimiũ dolorem patietur etiam pulmone et habebit vehementissimũ pulsũ expedit ut fleubotometur vẽa cordis et utatur cibarijs frigidis q2 periculũ est de frenesi: et sm cõiunctionem lune ad malos vel sm aspectũ ad malos periculũ est de morte infra septem dies. est enim luna cum bonis bona et fortunata. cum malis vero mala et infortunata maxime cũ marte in cremento lune ⁊ cũ saturno in decremẽto lune intellige qđ dictum est.
¶ Viso generaliter de planetis et gra. celi influentib' sup varios morbos: videndũ est in alia pte capl'i an morbi sint curabiles vel nõ. et circa istam materiã primo requirit prudentia iudicãtis: ut verbigratia lepra dicit ĩfirmitas incurabilis: q2 cum difficultate curat: ⁊ raro q2 nõ oĩs species lepre est curabilis p artẽ sed alique spẽs tm: et sic de multis infirmitatibus suo modo loquẽdo: et iudicio cõi medicoz quoz interest prima determinatio presentis locutionis: sed veniẽdo ad spãlia ⁊ ad iudicia astrologoz multa superi' dicta in isto capitulo sunt cõsideranda: ⁊ ad ppositũ qñ presentat astrologo iudiciũ an aliqua ĩfirmitas sit curabilis vel non.
¶ Circa hoc est notandũ q astrolog' põt habere per duplicẽ viam principiũ sue inquisitionis aut per aggressum verũ ĩfirmitatis aut per questionẽ. unde idẽ est iudiciũ astrologi per questionẽ ⁊ p aggressum infirmitatis: sed veri' per aggressuz si vere haberi possit ⁊ ut pateat aliquantulũ clare dabo tibi tale exemplũ anno flueñ. dñi iesu. 1418. die. 24. augusti cõpletis tribus horis post meridiẽ diei mercurij cũ. 12. gra. celi in fundamẽto tpor hora saturni cleric' quidã vocatus iohes morterij quesivit pro quodam famulo fratris sui infirmo q̃d de fine infirmitatis sue mors vel cura. cuius celi figura incidit talis super vienneñ. q̃stionis hora. Nota tamen antea q duodecim gra. celi correspondent in mensura tpis. 48. minu. hore dando elevationi cuilibet gradui celi quattuor minu. hore et econverso. et nota etiã q quindecim gra. celi capiũtur p una hora in recipiendo ascendens ita q hora dividitur in quindecim partes ⁊ de illa hora fluxerunt duodecim partes hore sc3 duodecim gradus ⁊ non restabant nisi tres ad complendum horam. Ita q fuissent quattuor hore et hore equales post meridiem. aspexi hanc figurã celi que fuit hora questionis ⁊ dedi ascẽdens et dominũ eius et lunam infirmo et vidi martem dominũ exaltationis ascendentis



ad vnū gradum ꝓpe ascēdēs ⁊ cum hoc aspi ciētē partem fortune a quarto aspectu eā in fortunantē. Primū fuit sufficiēs indiciū mortis scꝫ vicinatio martis iam ꝓxima ad gradū ascēdentꝭ ⁊ cū hoc mars erat sub gra. aze^a. qđ est coadiutoriū quoddā ad malū ⁊ aspect' q̄rtus ad partē fortune erat iuuās ad malū: qꝛ i fortunata rōe martis. Judicaui ex vicinatōe mala martis tanq̄ a sufficienti causa licet alie due bene cooperate fuerint eum moriturum infra diē naturalē: ⁊ causa est: qꝛ primo ex ꝑte temporꝭ cōis erat tp̄s epidimiale: ⁊ ista ē causa minor: sed principalis astrologica: qꝛ mars erat in signo mobili ⁊ ascēdēs erat signū mobile: ⁊ nō distabat mars ab ascendente nisi ꝑ vnum gradū. et corrūpebat ascēdēs et gra. ascēdētis rōne sue vicinitatꝭ: ⁊ ascēdēs significat vitā et principiū rerꝫ in omnibus rebus et qꝛ signū erat mobile de significatione tēporis nō dedi nisi diēꝫ naturalē qꝛ si fuisset signū stabile dedissē septimanā vel mēsem qꝛ significatio signoꝝ mobiliū velox est ⁊ fixorum tarda cōiū vo mediocris iuxta materiaꝫ reqsitā et rerum significationes. ex istis dictis iudicaui eum moriturū infra diem naturalē nisi essent adiutoria influentie celestis ad oppositū mortis que nō vidi in figura. Rursus cōsideraui lunam ⁊ locū lune et dominum lūe. vnde reperi lunam in gra. nono geminorū ex parte situs stellarū infortunatā qꝛ luna infortunatur

in geminis cõmuni ifortunio: qꝛ gemini facit
duodecimũ a cancro qui est dom⁹ lune. Cete-
rũ cõsideraui mercuriũ qui est dñs lune eo ꝙ
luna est in geminis.s.in domo mercurij ⁊ vidi
mercuriũ infortunatuȝ ꝓpter suá retrograda
tionem inter statione͂ primá et medium sue re
trogradationis: ⁊ qꝛ assignãtur ascẽdẽti ⁊ lu
ne significatores corporis hũani dñs ascẽdẽ
tis et dñs lune qui significatores sunt ipsius
aĩe et infirmitatum que possunt accidere ipsi
vtputa alienatio mẽtis ⁊ rõis mania mulia ⁊
freneſ: ⁊ quia vidi mercuriũ infortunatũ quia
retrogradum inter stationem primá ⁊ mediũ
sue retrogradationis vbi est peior ⁊ qꝛ mercu
rius de sua influẽtia habet istas infirmitates
qñ est male influentie ⁊ in malo loco quia in
octaua domo: ⁊ influẽtia ipsius mercurij sic i-
fortunati principalit̃ et martis ab alio latere
qui infortunabat gradũ ascenden͂. ⁊ ascẽdẽs
de sua natura significat caput hoĩs iudicaui
istum infirmũ fieri freneticũ ratione male na-
ture martis ⁊ hoc in breui tempore vt tactuȝ
est: ⁊ sic iudicaui ipsum morituṝ freneticum
et infra diem naturalẽ vt tactum est. Ceterũ
consideraui mercuriũ qui per motũ suum re-
trogradum separabat̃ a sole appropinquan
do saturno transferendo lumen ⁊ natura͂ dñi
domus mortis ad saturnũ dñm ascẽden͂. que
est domus vite ⁊ per talem traslatione͂ luminis
licet translatio sit debilis iudicaui eũ moritu-
rũ. dicit̃ ꝙ est debilis translatio duplici de cau
sa. primo qꝛ fit per retrogradationem. secũdo
qꝛ translatio fortis ⁊ ꝓpria fit infra sex gra. qñ
planeta leuior separat̃ ab aliquo planeta su-
periori ⁊ nõ elongatur ab eo vltra sex gra. et
applicat̃ alteri superiori ⁊ infra sex gra. ⁊ ista
trãslatio luminis est ꝓpria ⁊ principalis cuȝ
vero planeta leuis sepetur a sũpiore ⁊ est in-
fra radios suos: ⁊ radij eoꝝ cõmiscent̃ adinui
cem dicit̃ luminis traslatio cõis licet nõ sit ad
sex gra. siue per cõiunctionem corporalẽ siue
per aspectũ: ⁊ hic in figura est translatio luis
per cõiunctione͂ corporalẽ que est fortior suo
modo ꝙ per aspectũ. Preter dicta superi⁹ vi-
dendũ est ad partes que faciunt ad ꝓpositũ
videlicet ad partem fortune que omniũ parti
um fortissima ẽ: inueni ꝑtem fortune in hac fi
gura in. 16. gra. libre aspiciẽtem martẽ quar-
to aspectu ꝑ gradus ꝯsiles. s. 16. capricorni: et
16. libre: et iuxta sententiá ptho¹. in centiloq̃o

verbo. 91. detestabilius in significatione egro
tantis est vt sit significator interrogatõnis in
grediens sub radios vel vt sit pars fortune i
fortunata ⁊ vult cõmentũ cũ pars fortune in
fortunata fuerit destruet vitá nec amittet acti
ones suas. qñ ipm egrotante͂ festinare faciet
ad mortem. alie due partes q̃ sũt prima pars
vite. scd̃a ꝑs mortis nõ multũ faciunt hic nec
in alijs figuris ad ꝓpositũ vite vel mortis si-
cut pars fortune. Ceterũ consideraui domuȝ
octauá ⁊ planetas ibidẽ existẽtes: ⁊ qꝛ sol re-
pert⁹ fuit in domo octaua qõnis hora vna cũ
saturno dño dom⁹ ascẽden͂ ⁊ cum venere ⁊
mercurio retrogrado inter statione͂ primá et
mediũ sue retrogradationis iudicaui malum
infirmi ampliandũ ⁊ festinãdũ. Viso iudicio
mortis ⁊ intimato eodẽ ipsi nuncio: qꝛ ꝓpe
astrologum erat infirm⁹. nũcius denũciauit
amicis ⁊ magistro ipsi⁹ infirmi. s. fratri suo vt
ꝓuideret̃ de ordinatione spũali ⁊ tẽporali ip
sius infirmi qd̃ factum est: ⁊ post duas horas
a receptione sacramentoꝝ recepit infirm⁹ fre
nesim sicq̧ secutũ fuit in crastinũ iouis mane
circa octo horas post mediá noctẽ laborabat
infirm⁹ cum frenesi interficere magistrũ suũ
et aliquos alios: sed dño nolẽte fuerũt preser
uati dono spãli: ⁊ post multa opa frenetici et
alioꝝ de domo: eadẽ die iouis post decem ho
ras a media nocte hora mercurij frenetic⁹ fu
it derelict⁹ aliquantulũ solus fenestris clauſ
et porta camere ⁊ subito frenetic⁹ cũ fortitu
dine remouit postem anteriore͂ latrine cũ esset
iuuenis fortis ⁊ potens et capite submisso in
ferius se ꝓiecit in latrinam vitam sic finien
do. Istud exemplum positũ hic est claro mo
do declarando fundamenta vt ꝑ illud iudiciũ
multa alia iudicia possint fieri de morte vl' de
vita infirmoꝝ habitis principijs aliq̃liter.
¶ Visa secunda parte huius capituli in qua
tractatũ est de cognitione mortis vel vite exẽ
plariter videndũ est in tertia parte de tribus
partib⁹ quib⁹ vtũtur astrologi spãliter in hac
materia infirmitatum. et primo de parte for-
tune que nõ solum materie egritudinũ cõue-
nit: sed ⁊ simul materieb⁹ iudicialib⁹ ⁊ astro
logicis ⁊ ad videndũ quomodo dȝ perquiri ⁊
reperiri in aliqua parte: ⁊ variatur pars fortu
ne omni instanti. Circa qd̃ est sciendũ ꝙ pars
fortune que est principalior oĩm partiuȝ astro
logoruȝ ꝗuiritur in celo isto modo. primo cõ

ſideratur diſtantia que eſt inter ſolem ⁊ lunā et hoc tam de die ꝙ de nocte ſm ſententiam ptho'. verbi gratia in exemplo poſito ſol fuit inuētus in decimo gradu virginis ⁊ luna i nono gradu geminoꝝ conſidera diſtantiā que ē inter ſolem ⁊ lunam per numerū graduū et ſignoꝝ: ⁊ reperies .20. gra. virginis poſt locuꝫ ſolis ⁊ reperies poſtea ſignū libre ſcorpiōis ſagittarij capricorni aquarij piſciuꝫ arietis et tauri: ⁊ hoc ſm ſucceſſionē ſignorum zodiaci quia ſic debet fieri computatio. interdum cōpleta eſt diſtantia que eſt inter ſolem ⁊ lunaꝫ: qꝛ luna tunc erat in nono gradu geminorum qui ſunt addendi in diſtantia ſolis ⁊ lune: et ita habes octo ſigna integra enūerata īter ſolem ⁊ lunam et .20. grad' virginis completos et .9. primos gradus de principio geminorū: et iſti diſtantie ad operandū citius ⁊ certius adde gra. ſigni aſcendeñ. qui fuerūt .17. ita ꝙ 17. grad' capricorni aſcendebat: ⁊ ſic habes octo ſigna per prius et .20. gra. virginis ⁊ .9. geminoꝝ vſqꝫ ad lunam: et .17. gra. capricorni aſcendit ⁊ reperies in numero iſtoꝝ graduuꝫ 46. grad' de quibus gradibus recipies .30. gra. ⁊ facies vnū ſignum ⁊ iſtud addes alijs octo ſignis ſuperius dictis. ⁊ ſic habebis nouem ſigna et remanent tibi .16. gradus de illis 46. Habes ergo pro fundamento primo ꝙ inter ſolem ⁊ lunam appoſitis gradib' ſigni aſcēdentis ſcꝫ capricorni qui ſunt .17. ſunt .9. ſigna ⁊ .16. gradus. hoc facto procedatur per iſtam viam incipitur computatio a ſigno aſcēdeñ. ſcꝫ a principio ſigni aſcendentis ex quo 17. gradus capricorni fuerunt appoſiti et vbi terminabitur numerus ſignoꝝ et graduuꝫ. ibi erit pars fortune. Numera a capricorno poſt venit aquari' poſtea piſces ⁊ poſtea aries: et ſic de ſingulis per ſucceſſionem ſignorū. Ita ꝙ virgo eſt nonū ſignū poſt capricornū reſtāt ibi ſexdecim gra. ipſius ſigni libre vbi terminatur numer' inter ſolem ⁊ lunam ⁊ cōputādo ab aſcendente cōſimilem diſtantiā vbi terminatur numer': ibi eſt pars fortune in celo. fuit igitur pars fortune in ſextodecimo gradu libre. Et ſi velis idem per aliam viam facere dimitte grad' ſigni aſcendētis qui fuerunt ſeptēdecim gradus capricorni: et recipe ſequentes grad' capricorni qui ſunt .13. et non addes iſtos .17. in calculatione tua: ſed conſidera diſtantiam inter ſolem ⁊ lunam et ꝑ ſucceſſionem ſignorum ⁊ vbi terminatur numer' graduū incipiendo computare a gradu ſigni aſcendeñ. ⁊ nō a principio ſigni: ⁊ idem reperies qđ prius ſcꝫ .16. gradus libre. qđ poteris probare in exemplis diurnis vt in iſto exemplo: qꝛ conſimilē habet ꝓportionem ſol ad aſcendēs quā habet luna ad partem fortune: ⁊ ratio partis fortune poteſt reperiri ante' ⁊ retro pars fortune de nocte recipitur a luna ī ſolem ſm opinionem plurium aſtrologoꝝ et q̄ſi de cōmuni curſu ipſi inſequūtur iſtam viaꝫ de nocte: ⁊ tunc ſi a luna in ſolem ꝓijciatur ſimilis ꝓportio eſt inter lunam ⁊ aſcendens et ſolem et partem fortune: declaratio eſt qꝛ tanta preciſe omni tempore diurno cōputando tam gra. ꝙ minuta: eſt diſtātia int̄ ſolē ⁊ aſcēdens quanta eſt inter lunam et partem fortune: ſed de nocte tanta eſt diſtantia preciſe inter lunam et aſcendēs quanta eſt inter ſolem ⁊ partem fortune. Sentētia ptho'. in iſta parte: quia iſta duo luminaria immīnēt ſuper fortunam ⁊ ſemper a fortiori eoꝝ inchoandū eſt vnde dicunt ſequeñ. ptho^m. aſcendēs celi oī tempore mūdi ſuo modo ſolis habet ſimilitudinem qꝛ ſicut a ſole caloꝛ per quē fit mot' in iſtis inferioribus ortum habet: ita et ab aſcēdente accidētalia opera ortum habēt. eſt igit̄ ſol naturale principiuꝫ et origo virtutis vitalis ſicut luna eſt principiū virtutis naturalis et ſaturnus virtutis retentiue: et ſic de alijs planetis dicitur infra teſte ptho°. in ſuo centiloquio verbo .86. ſic etiam aſcēdens eſt vite domus in modum ſolis. eſt etiā ſol principaliſſimus omniū planetarū exiſtēs omniū planetarū dñs et ipſe fortificat omnes planetas vt ſupra tactum eſt et purificat omnes planetas ⁊ ſtellas exiſtentes ſub ſuis radijs: ita ꝙ dum euadunt radios ſolis ſunt purificati planete et ſtelle ſuo modo quo aurum igne examinatum et ferrum a fornace ferri extractum exiſtit purificatum: ſic etiam domus aſcendeñ. ē omniū domorum principaliſſima ⁊ fortioris virtutis. ſicut igitur ſol eſt naturale principiū: ita luna eſt finis per humiditatē ⁊ crementū rerū augmentabiliū vñ a ſole ad lunā ꝑs fortune ſumit̄ ⁊ obtinet aſcñs locū ſolis ⁊ ꝑs fortune locū lune: ⁊ ad finē rei iudicat ipe loc' lūe ⁊ ꝑs fortūe: ⁊ iſta ē rō ptho. alij dicūt

vtputa albumazar ⁊ plurimi alij ꝙ ista duo luminaria vnū est luminare diei reliquū est luiare noctis ⁊ luminare noctꝭ scꝫ luna maioris fortitudinis est de nocte ꝙ̄ sit ipse sol. Ideo ꝓm ipsos inchoandū est de nocte a luna in solem in ꝑquirendo partē fortune in celo. Unde mihi verisilr videreť ꝓpter tantā multitudinem sequentiū istam opinionē secūdam a luna in solē ꝙ nō posuerūt ista sine fundamēto sciētie naturalis phie ⁊ astrologie: ⁊ in hac materia sic ꝓcederez saluo meliori iudicio: si de nocte ꝑquireret pars fortune ⁊ luna eēt in cancro vel in tauro vel ī aliqua alia dignitate sua essentiali ⁊ esset fortis vtputa in angulo medij celi ⁊ sol nō esset in loco cōuenienti sibi vtputa in signo aquarij vel libre inchoarē ꝑquisitionē partis fortune a luna in solem: ⁊ sic de alijs partib⁹ vbi duo planete conueniunt ad vnū effectū a fortiori tunc inchoandū est. exēplū sol ⁊ saturnus ambo sunt significatores partiū ⁊ vterqꝫ istoꝝ planetarū est diurn⁹ sed sol est fortior in influētia diurna saturno. ideo accipiť pars partiū a sole in saturnū ⁊ sic de alijs significatoribus partium.

¶ Et nota ꝙ si sol ⁊ luna sint in eodē minuto vt hora cōiunctionis tunc erit pars fortune in minuto ascēdētis ⁊ in oppositione erit in minuto occidenꝭ in ꝑ̄ncipio septime dom⁹.

¶ Pars mortis accipiť a luna in gra. ⁊ min̄. dom⁹ octaue ⁊ additť ꝙ perambulauit saturnus in signo in quo est ⁊ ꝓijcitur ab initio signi saturni. Et nota ꝙ si minutū haberi non possit sufficit gradus dicēte albumazar dr̄ia q̊nta tractatus sui primi cōmenti introductorij nō contingit error in iudicijs ex ꝑte impressionis ad vnū gradū q̄re a fortiori pꝫ ꝓpositū

¶ Pars vite accipiť in die a Ioue in saturnū ⁊ de nocte ecōtra ⁊ ꝓijcitur ab ascēdente.

¶ Uidendū nunc in parte vltima capl'i hui⁹ de signis mortis ⁊ testimonijs sufficiētib⁹ ad mortē ⁊ de signis que dicūtur signa mali nō tm̄ mortis ⁊ de signis ⁊ testimonijs vite q̄ veniūt in figura celi per questionē vel ꝑ aggressum infirmitatis aut per reuolutionē annorū natiuitatis ⁊ vt in plurib⁹ ꝑ̄mo ponūtur testimonia mortis que se tenēt ex parte almuten ascendenꝭ. scd̄o ex parte almuten dom⁹ mortis. tertio ex parte domini dom⁹ infirmitatis quarto ex parte lune ⁊ domini lune.

¶ Notandū igiť generaliter primo ꝙ nunꝙ̄ teneť fieri morꝭ iudiciū nisi vn⁹ significatoꝝ scꝫ dn̄s ascēdētis vel luna fuerit corrupt⁹ vel vn⁹ alterū debilitet etiā ꝙ fortune sint cadeñ prius ab angulis. Scd̄o ꝙ oīs malus peior ē in angulis ꝙ̄ in cadenti: ⁊ q̄to tardior in motu vel īpeditus tanto peior. Tertio notandū ꝙ in oībus signis malis dicendū ꝙ receptio minuit malū ⁊ maxime receptio fortis.

¶ Primū igiť signū mortis sit tale qñ dominus ascēdētis iūgiť silr̄ ⁊ luna dn̄o rei q̄site erit res que queriť. exemplū si dn̄s ascēdētis ⁊ lūa iūcti fuerit dn̄o dom⁹ morꝭ moriť patiēs ab illa īfirmitate nisi r̄cipiat eū dn̄s dom⁹ mortis qui est dn̄s rei de qua est questio: ⁊ scias ꝙ si dn̄s dom⁹ mortis iūgať dn̄o ascēdētis iudicabis eū esse moriturū nisi sit fortis receptio inter eos. Et nota bene hoc documentū sequēs ꝙ deterius est ꝙ dn̄s ascēdētis iūgať malo vel dn̄o dom⁹ mortis: ꝙ̄ ꝙ mal⁹ vel dn̄s mortis iungatur ascēdenti.

¶ Secundū signū si dn̄s ascēdētis vl' significator principalis celi dederit vim aut cōiungatur planete qui est in domo quarta moriet infirm⁹ qm̄ hec est domus fouee. Unde nota ꝙ dare vim fit aut per coniūctionem planetarū adinuicē aut per aspectū eoꝝ aut per coniunctionem radiorum ipsorum.

¶ Tertiū signū si dn̄s ascēdentis ⁊ luna sint in quarta aut octaua domo vel cōbusti a sole aut cadeñ. vl' coniūcti cum dn̄o octaue dom⁹ ipsi dant certū testimoniū mortis: ⁊ si vn⁹ ipsorum tantū. s. dn̄s ascēdentis vel luna se habuerit vt dictū est. Notanduꝫ est in q̊b⁹ respectibus ipsi sunt ex planetis beniuolis aut infortunaꝝ: ⁊ iudicare ꝓm bonos aut malos testes quos habēt. naꝫ si dn̄s ascēdētis sit retrogradus vl' cadens aut fuerit in octaua domo et ex retrogradatione separeť a domino octaue dom⁹ hoc affirmat mortē nō dubitare nisi ex ei⁹ retrogradatione fuerit a sole cōbustus. nā si denūciat mortem ꝓximā hoc facit luna qñ applicať planete stanti subtus terrā ⁊ maxime in quarta domo: ⁊ tenet veritatē illud nisi fuerit in parte ascēdeñ. subtus terram: ꝫ cōtrariū est si applicetur planete super terrā existenti. Et nota ꝙ stelle existeñ. supra terrā vitam significant et ille de subtus terram mortem ampliant.

¶ Quartū signū est si dn̄s ascēdentis vel luna vel dn̄s sexte sint cōbusti vel retrogradi et

dñs ascendeñ. sit in domo mortis cõiunctus marti vel saturno oportet infirmũ mori ab illa infirmitate.

¶ Quintũ signũ si dñs ascendeñ ⁊ sexte sint male influẽtie ⁊ reperiant̃ in octaua domo celi argumentũ potẽs ẽ mortis. Unde nota differentiã int̃ potẽs ⁊ sufficiẽs: q̄ signũ sufficiens est signũ cõpletũ mortis. signũ autem potens est signum non adeo completum.

¶ Sextũ signũ. si dñs ascendeñ. vel luna sint impediti signũ est mortis vel longe infirmitatis. Et notanduꝫ est ꝙ oĩa signa mortis vel mali veritatẽ habẽt nisi vincant signa vite vel boni. Notãdũ ꝙ si idẽ planeta equales habeat dignitates essentiales in ascẽdeñ. ⁊ in. 8. significatio ẽ mortis maxime si ille planeta sit aliunde impeditꝰ: eodẽ modo possumꝰ dicere de dño sexte ⁊ octaue ꝙ tũc ẽ significatio mortis aut saltem longe infirmitatis.

¶ Secundo considetanda sunt signa mortis sumpta ex parte dñi domus mortis: quoꝝ primũ sit tale. si dñs domꝰ mortis fuerit in quarta domo infortunatꝰ morietur infirmus.

¶ Secũdũ signũ quãdo malus ẽ dñs octaue ⁊ bonꝰ planeta separatur ab eo qui est dñs infirmitatis ⁊ ille dñs infirmitatis repentur in ascẽdeñ. maxime in pͥma medꝫ. signũ est mortis q̄ trãsfert naturã dñi mortis ad dñm vite ⁊ fortiꝰ est qñ dñs octaue ẽ retrogradꝰ vel aliter impeditꝰ ⁊ tũc infirmꝰ nocet sibiipsi ⁊ est mali regiminis ⁊ deterius est qñ dñs sexte ẽ malus in ascendeñ.

¶ Tertiũ signuꝫ qñ dñs rei quesite vel lune recedit ab infortunio ⁊ vadit ad aliud infortuniũ per malũ aspectũ vel ꝑ applicationẽ corporalẽ significat malũ effectũ fiendũ ⁊ maxime in infirmitatibus est signũ mortis.

¶ Quartũ signũ. malꝰ in octaua vel dñs octaue malꝰ significat mortẽ si recipiat dñm ascendeñ. vel lunã qui nõ sint aliunde infortunati significat euasionẽ post timorẽ mortis ꝓpter receptionẽ ⁊ maxime si receptio sit fortis.

¶ Quintũ signũ videas ad vim planetarum si ipi fuerint supra terrã sicut planete diurni ⁊ econtra ẽ de nocturnis ⁊ associa significatori dñm triplicitat̃ pͥme ⁊ dñm hore: ⁊ si plures infortunati fuerint i domo. 6. vel. 12. vel. 8. aut dñi domꝰ eoꝝ moriet̃ eger. itidẽ malus eoruꝫ aspectꝰ cũ significatione est malus per se.

¶ Tertio cõsideranda sunt signa sumpta ex parte lune quoꝝ pͥmũ sit qñ luna est cũ marte in quarta domo sine aspectu planete beniuoli hoc inquit signũ mortis.

¶ Secundũ si luna fuerit in angulo terre cũ marte ⁊ planete beniuoli sint cadeñ. hoc inquit signũ mortis.

¶ Tertiũ si luna sit orientalis ad. 12. gra. ꝓpe solẽ signuꝫ est mortis ⁊ q̄nto ꝓpinquior soli ⁊ in cõbustione tanto peior.

¶ Quartũ si luna fuerit infra. 3. gra. scorpionis pͥmos corrupta ex saturno fert mortem.

¶ Quintũ. si gradus q̄ sunt int̃ lunã ⁊ pͥmuꝫ gradũ mortis sint substracti a principio signi ascẽdeñ. accipiẽdo ꝓ quolibꝫ signo. 30. gra. si sint: ⁊ adueniat ꝙ in termino i quo hic numerus finiet̃ ⁊ terminabit̃ sint planete maliuoli vel ꝙ receptor dispositõis fuerit maliuolus hoc inquit signũ mortis. Et nota hic pͥmo si maliuolus solẽ vel lunã corrũpat sine hoc ꝙ non sit testis fortune hoc inquit signum mortis.

¶ Nota secũdo ꝙ si luna fuerit cũ saturno in decremẽto in pͥncipio infirmitat̃ ostẽdit lõgã infirmitatẽ vel morteꝫ sed in cremẽto ostẽdit sanationẽ. ⁊ ecõtra de marte cum luna: q̄ crementũ lune est calidũ et decrementũ frigidũ vt supra tactũ est. Et generaliter sapiẽtes cauent ne sit luna in principio mensis cũ marte in fine eius non nocet.

¶ His predictis signis adiungi possunt hec signa de intentione haly habenragel. vult eñ sic si hi tres significatores scꝫ sol luna vel almuten ascẽdeñ. aut fortior eoꝝ: ⁊ maxie si sol vel luna fuerint dñi tẽporis ⁊ habuerint aspectum cũ dño domꝰ mortis non põt liberari. si vero fuerint liberi ab infortunis ⁊ nõ habuerint aspectũ ꝓprie cum dño domꝰ mortis: ⁊ si duo sint liberi nõ habẽdo respectũ cũ dño domus mortis euadet. ⁊ si vnꝰ sit saluꝰ ab infortunis ⁊ alij duo nõ aspexerint dñꝫ domũ mortis euadet. si infortuna duoꝝ nõ fuerit ꝑ coniunctionẽ aut per infortunã potentẽ ⁊ maxie si illa infortuna fuerit dñs quarte octaue vel duodecime: q̄ si duo habuerint aliquã talem infortunam erit mirabile si euaserit. ⁊ si fuerit almuten ascẽdeñ. ⁊ luna: ⁊ maxime si ipa fuerit dña tẽporis. i. questiõe existeñ. mortua vel etiã sol si fuerit dominꝰ tp̄is omẽs hi significatores aut fortior eorum habuerit aspectũ cuꝫ domino domꝰ mortis nõ potest liberari a morte. ⁊ qualibet vice dum aliquis illorum signi

d

ficato᷑ applicuerit infortune fortificat̃ infir-
mitas quousq̃ separet̃ ab eo. ⁊ si lunã in pn-
cipio infirmitatis aspexerit infortuna vel iũ
cta fuerit cũ ea mortẽ in eadem infirmitate si
gnificat ⁊ si aspectus ille vel cõiunctio fuerit
de fortuna significat illi⁹ salutẽ. Et ista refert
haly in sequẽti ca. de intẽtõe dorothei. Unde
aduertẽdũ ꝙ si dñs ascendeñ. ⁊ dñs domus
mortis se aspiciant aliquo aspectu siue amici
tie siue inimicitie: fortius tamẽ si inimicitie.
peius autẽ si cõiungant̃ per corpus signũ est
mortis nisi fuerit receptio inter eos: ꝙ si idez
planeta mal⁹ vt puta mars sit dñs ascendeñ.
⁊.8. sicut accideret si aries esset ascendeñ. q᷑
tunc scorpius esset domus.8. ⁊ questio fieret
hora martis ⁊ ꝙ mars sit aut in ascẽdeñ. aut
in.8. domo. ⁊ peius in.8. est signũ mortis. vñ
quãdo dñs querẽtis ⁊ rei quesite conueniunt
tũc est signũ potẽs cõsecutiõis effectus. Ali-
ud de eadẽ materia datur documentũ. detur
ꝙ scorpio ascẽdit.6. dom⁹ a scorpione ẽ aries
si tũc mars sit in ascẽdeñ. vel in sexta domo ⁊
esset hora martis ⁊ esset questio de sanatione
vel infirmitate aut peioratiõe argumentũ po-
tens est peioratõis infirmitatis: q᷑ ascendeñ.
⁊ sexta ꝯueniũt sub dñio martis. ⁊ ista trahũ-
tur ex.37. verbo cẽtiloquij. Unde notandũ si
luna fuerit impedita in pncipio infirmitatis
vel questionis hora per aspectũ malo᷑ vel p
coniunctionem frequentissime erit crisis ad
malũ: nisi planeta ille maliuolus cui luna ap
plicat̃ habuerit dominiũ supra natiuitatẽ in-
firmi quia mali iuuãt suos interficiẽdo alios.
Notãduz etiã ꝙ si luna vel dñs sexte vel dñs
ascẽdeñ. fuerint combusti vel retrogradi aut
dñs ascendeñ. fuerit in domo mortis coniun-
ctus marti vel saturno de vita nõ sperabitur
aut luna impedita cõiuncta dño domus mor-
tis vel dñe domus mortis ⁊ cũ impedita in 8
vel in 12 seu 4 ⁊ ꝓpe caudã. Et hic nota hoc
signũ mortis ꝙ si in gra. ascẽdeñ. vel ꝓpe ad
2. gra. fuerit malus argumentũ est mortis in-
firmi ⁊ nũerus graduũ illius distãtie ab ascẽ-
dente si sint signa mobilia denotant dies ⁊ de
fixo pl⁹ tẽporis denũciant: ⁊ si de cõmuni cõ-
muniter. hec pro presenti sufficiant mortis si-
gna; ⁊ si plura volueris aliqua ꝓpreter ista li
cet puta in iohãne hyspalensi inuenies sic ista.
Dicit iohãnes hyspalensis in isagogi in sexta
domo vbi dicit. si qs ꝗrit ꝓ infirmo an sit libe
randus vel non aspice si dñm ascendeñ. inue
neris in bono loco ⁊ si est in angulo ⁊ nõ com
bustus a sole. i. sub ei⁹ luce ⁊ meli⁹ si dat vim
planete fortune: ⁊ melius si sit in angulo ipse
planeta fortuna: ⁊ melius si dñs ascẽdeñ. re-
cipitur ab ipo planeta cito liberabit̃. similiter
de luna vel de dño ascẽdeñ. si autẽ dñs ascen
deñ. dat vim dño dom⁹ octaue: estq̃ dñs octa
ue domus planeta fortuna a quo dñs ascen-
deñ. recipitur ad mortẽ egrotabit sed euadet
si non est receptus deficiet. si dñs octaue do-
mus est planeta infortuna: ⁊ dat ei vim dñs
ascendeñ. sit vel nõ sit receptus deficiet: ⁊ pe
ius si sit dñs octaue domus in quouis angu-
lo: si dñs ascẽden. sit infortunatus a domino
domus sexte vel duodecime ⁊ ipe vel luna a-
spiciat planetã ifortunã quouis aspectu ⁊ pe
ius si fuerit in signis fixis ipe vel luna peius
⁊ in hoc est saturnus: vel si est planeta infor-
tunatus ex itinere tardo vel retrogrado egro-
tabit diutissime si planeta sit ifortuna qui im
pediat dñm ascẽden. ⁊ ipe velox vel cito exi-
bit signũ in quo est: ⁊ melius si est in signo mõ
bili vel aspicit ipz aliq̃s planeta fortuna: quo
uis aspectu cito euadet a morbo: aspice etiaz
quot gradus sunt inter supplementũ aspect⁹
planete fortune ⁊ infortune ⁊ cuilibz gradui
diem tribue. similiter si luna habet aspectum
